boli armeni: ⁊ succi liquir.eq̄s ꝑtib⁹. ¶ Et cib⁹ sit q̄
bn̄ digerit ⁊ ē boni chimi sic̄ vitelli ouoꝝ ⁊ q̄ isfrant
⁊ hūectāt sic̄ pulli cū atriplicib⁹ ⁊ spinachiis ⁊ blitis.

¶ Cap.xvi.de lapide renum.

Communicāt renes ⁊ vesica i cā generatōis
lapidis. ⁊ illud est q̄m lapidis gn̄atio non
ꝯpletur nisi ex m̄ā patiente ⁊ v̊tute agente.
Materia v̊o est hūiditas viscosa grossa phl'atis: aut
saniei: aut san.aggregati in ap̄ate ⁊ hoc ē raro. Vir
tus v̊o agens ē calitas egressa ab eq̄litate. Et m̄ā q̄
dem hꝫ duas cās quaꝝ vna ē m̄ā matie: ⁊ s̄ba ē retē
tor m̄āe. ¶ M̄ā v̊o matie sūt cibi grossi ex generib⁹
lactis ⁊ ꝓꝑe spissis ⁊ caseus ⁊ ꝓprie humidus ⁊ car
nes grosse ⁊ carnes auiū paludestriū ⁊ magni corpis

⁊ caro camelina ⁊ vaccina ⁊ hircina ⁊ q̄ de siluestri
bus ĩgrossant:⁊ pisces grossi ⁊ cibi d̕ patellis oẽs et
panis viscosus ⁊ crudus ⁊ azymus ⁊ tri. ⁊ sorbitões
⁊ silia ⁊ aldarmacha viscosa ⁊ ꝯfectio d̕ melle visco
sa ⁊ fruct⁹ acetosi ⁊ difficilis digõis ⁊ illi q gñãnt hu
morem viscosum:sicut mala ĩmatura ⁊ sicut vitri et
caro piroꝝ. Et ex aq̄s turbide ꝓp̄e nõ cõuenientes
diuerse:⁊ nigra vina ⁊ grossa ⁊ ꝓp̄e qñ digõ ẽ debil̕
pp debilitatẽ v̕tutis digestiue:aut pp multitudinem
eius qȯ sumit̃ ⁊ destruit virtutẽ:aut pp malitiã ordi
nis ⁊ exercitii sup replõnem. Et qñq₃ est mã̄ sanies
vlceꝝ i eis aut i aliis. ¶ Retentor ãt materiei ẽ d̕bi
litas expulsiue i renib⁹ pp ꝯplõnez: aut ap̄a calĩm ⁊
herisipillã ⁊ vlcera i renib⁹ ⁊ retinent̃ i eis supfluita
tes residentes oĩs aquositatis q̄ ꝑuenit ad eos: aut
ex vehemẽtia caliditatis i eis ⁊ retinet supfluitates et
facit eas lapides añq₃ expellant̃ ⁊ attrahit eã ad eas
añ digõnem integram a superiorib⁹ corporib⁹. Et h̄
caliditas aut est separabilis:aut ĩseparabilis: aut ac
cidens ꝓpter laborem:au acceptiões califacientis:
aut ꝓpter oppilationẽ supfluitatũ aggregataꝝ:aut
frigus ꝯstringens:aut ap̄ata oppilantia ⁊ hoc ẽ plu
rimũ ⁊ fr̃a ⁊ dura ⁊ cõitas mẽbroꝝ ꝓpinquorũ sic̃
ĩtestinoꝝ ⁊ alioꝝ ⁊ qñ ꝯp̄munt̃ renes tũc accit i eis
oppilatio. Et iste res oẽs ẽt ĩueniunt̃ i vesica cã lapi
dis q̃zuis differant vtriq₃ lapides:ẽ eñi ille q ĩ renib⁹
ẽ leuior parũp ⁊ minor ⁊ magis decliuis ad rubedi
nem:⁊ ille q est i vesica ẽ durior ⁊ maior valde:⁊ ma
gis d̕cliuis ad nigredinẽ ⁊ ad citrinitatẽ ⁊ ad albedi
nẽ l₃ generet̃ i ea lapis q minutatim frangit̃. Et iteꝝ
si ẽ lapis renũ ⁊ generat̃ sm plĩm ⁊ nõ adhuc mingi
tur tũc est sedimẽ vrine itentũ cu₃ eo:⁊ si est vesice ⁊
discernit̃ sm plĩm post sepatõez vrine:tũc est fex san.
deiñ associat̃ ei ⁊ diuersificat̃ ab eo. ¶ Et ille cui plu
rimũ aduenit lapis renu₃ est pinguis:⁊ ille cui plĩm
aduenit lapis vesice est extenuatus. ¶ Et senib⁹ plu
rimũ aduenit lapis renũ q̃₃ lapis vesice: ⁊ infantiu₃
⁊ eoꝝ q illos sequũt̃ est ecõuerso. ⁊ plĩm h⁹ fit iter in
fantiã ⁊ pubertatis initium:⁊ illud ideo qm̃ v̕tus ex
pulsiua i infantib⁹ ⁊ adolescentib⁹ est fortis: qr̃ expel
lit a supiorib⁹ m̃bris ad illa que sunt ĩferius. ¶ In se
nibus v̕o virtutes renu₃ ĩpoꝝ debilitant̃ valde. Et
iteꝝ qm̃ ĩfantiũ ⁊ adolescentiũ subtiliores sunt hu.
tũc pp hoc penetrant i renibus eoꝝ:⁊ senũ hu. sunt
grossiores:qr̃ non penetrãt i renib⁹ eoꝝ. Et ꝙ plĩm
gñãtur lapis i infantib⁹ est pp appetitum eoꝝ ⁊ mo
tũ ĩpoꝝ sup replõnem:⁊ q̄r potãt lac ⁊ pp ꝯstrictio
nem meatus vesice eoꝝ ⁊ i senib⁹ pp debilitatem di
gestiõis ĩpoꝝ:⁊ pp hoc iudicauit. Hyp. ꝙ ĩp̄e i seni
bus nõ sanat̃. Et oĩs vrina i q̄ est hu. plurimus ẽ di
gnior vt ex ea generet̃ lapis:⁊ est illa ex q̄ qũ descen
dit gñãtur sal ⁊ ẽ eius sal plurim⁹. Sal ãt gñãtur ab
aquositate i q̄ est terrestris plĩma quã adussit calitas
Et vrina q̄dẽ ĩfantiũ pluris ẽ salis q̃₃ vrina senũ: nõ
qm̃ terrestritas eius sit plĩma:imo qm̃ calitas i eis ẽ
plus ⁊ terrenitas eius ĩ adustione ẽ ꝓfũdior. Et pp
hoc vrine eoꝝ sũt turbide pp multitudinẽ ꝑmixtio
nis ĩpoꝝ ⁊ pp raritatẽ corpoꝝ eoꝝ:qr̃ soluit̃ ab eis
plĩm aquositatis cũ resolõne occulta. ⁊ dignior pue
roꝝ vt i eo generet̃ lapis est ille q ẽ sicce nature scd̕z
plĩm ⁊ calidi stõi. Et nõ exiccat̃ sm plĩm nã nisi ꝓpt̃
attractionẽ humiditatu₃ ad ĩpius epar: deiñ mẽbra
vrine ĩpius:⁊ qñ ẽ illic calitas ẽ cã efficiẽs p̃ns. ⁊ ad
vltimũ siccitas nature facit vrinã grossiorẽ ⁊ plĩmã.

Et in illo in quo est sedimẽ arenosum nõ aggregat̃
lapis qm̃ mã̄ non est coartata ⁊ n₃ aduenit:⁊ iteru₃
cã plĩma ⁊ si ĩp̄a eẽt plĩma:eẽt p̄mum qȯ gñãret̃ ab
ea lapis magnus durus nisi eẽnt plĩma:sed est moll̕
suscipiẽs ꝯiunctõez:⁊ si nõ: non multiplicaret̃ eius
separatio i v̕rina. ⁊ qũ forma sit:hoc scias ꝙ mã̄ nõ
est n₃ pp cãm i seĩp̄am:n₃ pp vehemẽtia₃ caliditatis
eius qȯ i lapide ꝯuertit̃ nõ suscipientez ꝯtinuatõez.
¶ Et significat fortitudinez expulsiue ⁊ h⁹ i iudiciũ
plĩm nõ est nec̃riũ. ⁊ scias ꝙ paꝝ accit puellis ⁊ mu
lieribus lapis i vesica:qm̃ meatus vesice earũ. q. ad
exteriora breuior ⁊ latior ẽ ⁊ paucoꝝ anfractuũ ⁊ i
breui d̕ facilitate expulsionis ẽ qȯ nõ est i lõgo. Et
de hñtib⁹ lapidem sunt q̄b⁹ siunt paroxismi gñãndi
lapidem ⁊ mingendi eũ. Et qñq₃ aggregat̃ ⁊ fortas
se egredit̃ qũ vrina aduenit eis sicut in colica. ⁊ spa
tium in hoc est diuersum ĩter mẽsem ⁊ vsq₃ ad ãnũ
Et si ille q ꝯsueuit tolerare lapidem magnũ alleuia
tur p alios dolores vesice:⁊ significat illud ꝙ m̃broꝝ
nõ suscipiens ap̄ationem velociter nõ ap̄atur p h⁹ i
neq₃ p dolorem clamosum qũ tolerat dolorem la
pidis cum magno lapide: tũc vnusq̄sq₃ amborum
si singulare fiat ap̄at. ⁊ scias ꝙ lapis renum ⁊ vesice
est ex eis que hereditantur.

¶ Cap. xvii. de signis.

SIgnoꝝ aũt lapidis q est in renibus p̄mu₃
est vrina ⁊ ẽ ꝙ si vrina i p̄mis est grossa de
inde incipit ꝯuerti ad tenuitatez ⁊ attenua
tur pp retentionez turbidi tũc existima eius genera
tionem q̃zuis q ñq₃ mingat̃ in p̄ncipio rei tenuis. et
generatio eius ĩ p̄ncipio rei grossa est magis signifi
catiua sanitatis virtutis ⁊ dilatationis meatuũ. Et
qñq₃ est cũ eo sedimen plĩm simile sedimini quod ẽ
in egritudinibus epatis. Et q̃zto plus ẽ vrina vehe
mentius clara ⁊ magis assidue clara ⁊ pautioris se
diminis significat ꝙ lapis est durior. Et dicit̃ ꝙ qñ
sani ⁊ ꝓp̄e senes mingunt nigꝝ cu₃ dolore:aut abs
q₃ dolore indicat ꝙ lapis ꝯplet̃ in vesica:⁊ ꝯfirmat̃
significatio in oĩbus illis si vides vrinam residẽtem
⁊ est arena illa rendens ad rubedinẽ ⁊ citrinitatem
⁊ ꝯfortat illud si inuenit̃ grauitas in chatin ⁊ dolor
⁊ si. q. retineat̃ aliq̄d qũ mouet̃ sup eum sentitur i eo
quod seq̄tur alchatin significat magis fortitudinez
virtutis ⁊ amplitudinem meatuũ. Et vehementior
dolor q fit pp lapidem renũ qũ i p̄mis gñãtur ẽ q̄a
ꝯstringit. Et ꝓpterea q̄a initit̃ qũ mouet̃ inciditur i
meatibus ⁊ ꝓp̄rie i meatu vesice facit dolorem qũ
mouet̃ ab eo. In dispõne v̕o ꝯgelationis eius ⁊ ge
tis patientis ĩp̄m qũ non est repletio vehẽns coar
tans ꝯmouens lapidem inuenit̃ retentio grauitatis
tm̃. Et repletio cibi facit ĩp̄m vehemẽtius excitare
dolores:⁊ ꝓp̄e qñ descendit cibus ad ĩtestina ⁊ per
transit ea:qũ aũt euacuantur ⁊ expellunt̃ supfluita
tes ex intestinis dolores sunt quietiores. ¶ Signa
v̕o motus lapidis sunt grauitas doloris ⁊ eius ve
hemẽtia ⁊ descẽsio eius ex alchati vsq₃ ad inguina
⁊ ad emunctoria ⁊ tũc iã peruenit lapis ad meatu₃
vesice. ⁊ qum sedat̃ ille dolor:tũc iã ꝑuenit i vesica.

¶ Cap. xviii. de curatione.

DIcamus hic curatões que sũt lapidis renũ
proprie ⁊ cões ei cum lapide vesice:deiñ fa
ciamus ad lapidez vesice caplĩm sigulare ⁊
curatões singulares ꝓp̄as. ¶ Intẽtões q̄dẽ q̃s me
dici i curatõe lapidis ĩtẽdũt sit abscissio materiei ei⁹:

Et ꝓhibitio gñationis ipsius cū abscisione cāe. Et
rectificatio eius: deiñ mūdificatio: ⁊ cōminutio ipiꝰ
⁊ fractio eius: ⁊ cōpressio ipius: ⁊ erradicatio eiꝰ ex
suo suspensorio cū medicinis q̄ illud efficiūt: deinde
eiꝰ extractio ⁊ subtiliatō i ipo ⁊ ordine eiꝰ. Et illō cō
plet̄ cū medicinis ꝓuocatiuis: aut cū adiuuantibus
deforis: deiñ est regimē sedās illud qȯ seqꝫ inde de
doloribꝰ ⁊ rectificatio eius qȯ accit in eis ȯ vlceribꝰ
⁊ sunt qdam q laborāt extrahere ipm ꝑ icisionē ilū
⁊ ꝑ dorsuz: sꝫ est magis timor i eo ⁊ opō eius q rōez
nō hꝫ. ¶ Materiei aūt abscissio ꝑparat̄ i ꝑmis cuz
eūone eius ꝑ solonem vētris: aut ꝑ vomitū: deiñ ab
stinēdo a cibis grossis ⁊ aqs turbidis ⁊ equādo qȯ
comedit̄ ⁊ ꝯfortando stōꝫ ⁊ faciēdo vt digō sit bōa.
Et cū exercitio tēperato i tpe vacuitatis ⁊ fricatiōe
eius qȯ i medio stringit̄ ⁊ leniendo nām vt declinēt
hu. grossi ad latus fecis ⁊ ñ fiat ex declinatiōe fecis
coartatio renū. Et ex eis que ꝯferūt ad hᵒ ē assidua
tio ꝓuocatōis cū eis q̄ lauant vesicā de seibꝰ diureti
cis: ⁊ de illis que bona sūt apud illud ē aq̄ ciceris ⁊
aq̄ carui: ⁊ aqua folioꝝ rhaphani: ⁊ rhaphanus ip
se ꝓp̄e minutꝰ humidus. Et cuz supuenit ei spatuim
dieꝝ admistret̄ diureticū forte. In pueribꝰ v̄o prohi
bet gñationē lapidis sumē i potu vinū albū subtile
ꝑmixtū. Et iuuat̄ a clisteribꝰ lenibꝰ tpatis ꝑ illȯ quod
educūt de fece ⁊ leniūt nāꝫ. Et qñꝫ ponūt̄ i eisȯ me
dicinis clisteris ⁊ ꝑducūt v̄tutem ꝓp̄e. ¶ Et ex ꝓhi
bitiuis gñationis eiꝰ est vomitꝰ pᵒ cibuꝫ ⁊ multꝰ vsus
eius. Ipe. n. expellit supfluitates grossas ꝑ viā ꝯ̄riaꝫ
vie cuius motꝰ ē ad renes: ⁊ facit latꝰ renū mūdum ⁊
vacuū: ⁊ balneū ⁊ renes fortasse ꝑueniūt ad lubrici
tatē eius. ⁊ qñꝫ extrahūt mās ad illud qȯ de corꝑe
apparet ⁊ auertūt eas a renibꝰ. Et qñ multꝰ vsus est
eoꝝ mollificāt v̄tutē ⁊ debilitāt v̄tutē renū. Et silr̄ si
administrent̄ in hora i q̄ nō sūt necessarie lenificatio ⁊
sedatio doloris. Faciūt. n. renes susceptibiles mate
rieꝝ effusaꝝ ad eos ꝑꝑ mollificatōeꝫ ipoꝝ: ⁊ dormi
re sup dorsum ē ex eis q̄ lapidi ꝯferūt. ¶ Medicie
v̄o ꝯuenientes qū sꝫ fm pl̄m medicine amare q̄ nō
sꝫ valde vehemētis calitatis ⁊ addāt i eā. Et oē cuius
icisio ē vehemētior: ⁊ cᵒ calitas ē minor ē melius. ⁊ oꝫ
vt ille q̄ sūt lapidis vesice sint vehemētius cale q̄ꝫ ille
q̄ sunt lapidis renū. ⁊ ē hoc genus medicinaꝝ aliȯ
quaꝝ opō nō ꝓportionat̄ ad cal̄m ⁊ frm: imo non
faciūt illud qȯ efficiūt nisi cū ꝓp̄etate. ⁊ medicinaꝝ
ꝯminuentiū q̄dam sꝫ q̄ nō sunt cū illa supfluitate in
v̄tute. ⁊ nā eaꝝ est ad cōminuendū lapidem ꝑuuꝫ ⁊
illaꝝ q̄ nō sunt cū vehemētia q̄dā sunt q sūt vehemē
tis v̄tutis fm lapidem renū: sꝫ sunt ꝑue v̄tutis scōm
lapidem vesice: aut nō hn̄t v̄tutem ad illuꝫ sicut lapis
iudaicus. Et q̄dam eaꝝ sūt q̄ sunt fortes fm lapidē
renū ⁊ oꝑant̄ i lapidē vesice. Et q̄daꝫ sꝫ fortes vehe
mētes i vtrisq̄ꝫ lapidibꝰ simul: sicut auis q̄ noiatur al
tragulidos: ⁊ sicut cinis scorpionū. Et qū ꝯponunt̄
ex medicinis ad lapidē medicine oꝫ vt adiūgantur
eis spēs medicinaꝝ q̄ eas adiuuēt ad oꝑandū qȯ ef
ficiunt de qbꝰ sūt medicine fortis ꝓuocatōis: ⁊ extra
hunt in vrina grossa illȯ qȯ eradicat̄ de lapide ⁊ cō
minuit̄. Et de illis sūt medicine i qbꝰ est alteratio eiꝰ
qȯ alie mouēt medicine ⁊ morāt̄ vt sua mora ꝑficiāt
itegritatem sue oꝑōnis. Et iste medicine sꝫ ñ v̄elocis
penetratōis ꝓpter pinguedinē i eis ⁊ viscositateꝫ et
sunt cū hoc faciētes digōneꝫ: sicut gūma feniculi: ⁊ de
illis sūt medicie velocis penetratōis ⁊ mūdificatōi

sicut piper ⁊ allea. ¶ Et medicine ꝯfortātes mēbruꝫ
apud diuersitatē ipressionū in eo ⁊ motuū sup ipm
⁊ sꝫ medicine albezareati sicut spica ⁊ cassia ⁊ alie. Et
de illis sꝫ medicine i qbus ē stipticitas subtilis sicut sꝫ
robub fructuū ⁊ ꝯseruēt mēbꝝ. Et qñq̄ꝫ miscēt̄ cum
istis medicinis medicine sedātes dolores cū ꝓp̄eta
te: aut stupefactōe sua cū ꝓuocatiōe. Qūq̄ꝫ cōponi
mus medicinā fꝫ hāc formā: oꝑat̄ v̄tus nālis in ea:
q̄r vtit̄ eis q̄ ad lapidē sꝫ apud lapidē postq̄ꝫ vsa fuit
illis ad hoc vt ꝑuenirēt ille q̄ sꝫ ad lapidē ad locum
lapidis: ⁊ tūc vtit̄ liq̄factiuis ⁊ lenitiuis illicꝰ vt ꝑma
neat mā lapidis ⁊ faciat ipam morari vt oꝑōnē suā
efficiat ꝑ hᵒ ꝙ dñat̄ ei v̄tus admistratiua qū iā ante
illud vsa fuit illis faciētibꝰ penetrare q̄ festinare fecerīt
illas ad lapidē faciētibꝰ ad lapidē. Et qū vtit̄ ꝯminu
entibꝰ ⁊ ꝯp̄menbꝰ ⁊ faciūt oꝑōnē suā pigrescūt medi
cine morari facientes ⁊ ꝓuocatiue ⁊ penetratiue.
¶ Qū āt extendit̄ dolor admistra stupefacientia fꝫ
ꝙ est regula cognita i ꝯpōne medicinaꝝ. Et qñq̄ꝫ ē
necērium vt i medicina singulari vna sint plures ha
rū ꝓp̄etatū. ¶ Nūc qdē numeremꝰ medicinas ꝯmi
nuentes lapidem ⁊ extrahentes ipm.

¶ Cap. xix. de medicinis ꝯminuentibꝰ lapidem.

ET sūt sicut costi radix: ⁊ radix rubei: ⁊ bdel
liū ⁊ radix sule ⁊ cort. radicū aldemest: ⁊ ci
cer nigꝝ ⁊ ꝓp̄e aq̄ eius ⁊ sem̄ altee: ⁊ fructꝰ
alkarasie ⁊ gūmi alzarur: ⁊ i alzarur ē v̄tus i hᵒ: ⁊ tri
buli. ⁊ radix eoꝝ sꝫ boni ad illud: ⁊ radix albasce ⁊
sq̄lla ⁊ acetū eiꝰ ⁊ oxymelle ipiꝰ: ⁊ apiū mōtanū ⁊ ca
lamētū ⁊ absynthiū ⁊ cassia: ⁊ radix citroli cāpestris
⁊ xilobal̄. ⁊ carpobal̄. ⁊ opobal̄. ⁊ radix eiꝰ est fortis
valde: ⁊ sem̄ malue cāpestris ⁊ cardus: ⁊ aq̄ radicis
eius ⁊ scolopēdria ⁊ capillusueneris de quo sumat̄
pōdus. ʒ. ii. i aq̄ rhaphani ⁊ apiū radix athel ⁊ sem̄
canabis ⁊ v̄ga pastoris ⁊ ꝓp̄e romana ⁊ cyminuꝫ
cāpestre: ⁊ radix pētaphilon ⁊ aq̄ eiꝰ ⁊ cāepitheos ⁊
poliū: ⁊ radix asꝑagi ⁊ sem̄ ciperi egyptiaci ⁊ cōtic.
radicū lauri: ⁊ sem̄ rhaphani ⁊ scordeō: ⁊ extremita
tes vitis albe ⁊ ruta agrestis. Et iteꝝ baurach arme
ni de quo sumat̄ pondus aur̄. v. ⁊ ꝯficiat̄ cū melle ⁊
potet̄ i aq̄ rhapāi tribꝰ diebꝰ. ⁊ iteꝝ scorie vel scortir̄
aur̄. i. cū aq̄ tepida. Et dixerūt qdā ꝙ si sumāt̄. lxx.
grana piperis ⁊ optime terant̄ ⁊ fiāt ex eis. vii. troci
sci ⁊ det̄ i potu oī die troc. vnꝰ descēdet lapis: ⁊ i fisti
cis ē v̄tus q̄ ꝯminuit̄ lapis renū. Et de fortibꝰ fm la
pidē renū sūt lapis iudaicus ⁊ pulegiū ⁊ cāepitheos
⁊ de fortibꝰ absolute sūt cinis scorpionū: ⁊ oleum in
quo ponūt̄ scorpiones stās sub sole linitū isectuꝫ ꝑ
siringā i lapide vesice. Cineris āt scorpionū regimē
melius ē vt linias vas sīle vrinali spissum luto sapiē
tie: deiñ ponas i ipo scorpiones ⁊ dimittant̄ i furno
cal̄o nocte. i. ad minꝰ: ita vt ꝑueniāt ad fumū in adu
stiōe ⁊ i mane r̄mouēat̄. Et vitꝝ ē melꝰ q̄ꝫ testa exic
cans ⁊ accipiēs v̄tutē: ⁊ cinis leporis decollati scdꝫ
hūc modū ē fortis: de quo sumat̄ i potu pondus. ʒ.
ii. ⁊ aq̄ eius sꝫ vehemētis iuuamēti ⁊ resol̄onis. ⁊ q̄ de
eo ex more sumūt̄ sūt caput ⁊ extrema ipiꝰ exiccata i
sole i vase eneo. ⁊ iteꝝ lūbrici t̄restres exiccati. ⁊ iteꝝ
vitrū attritiōe fcm̄ vt atomi q i solis apparēt radio.
⁊ iteꝝ cinis vitri ⁊ illȯ melius fit si igneat̄ sup cochli
ariū ferreū ⁊ tritū cribellet̄: deiñ ponat̄ sup aquā fa
baꝝ ⁊ oñdetur in ea qȯ de eo calciatur ⁊ iterum re
liquū dōec pulverizet̄ totū: deiñ tereat̄ puluis sicut
atomi qui sunt i radio solis ⁊ dat̄ de eo in potu aur̄.

i.in.xii.auř.aque calide ⁊ illud melius est qđ ē de vi
tro albo clar o. Et de illis que valde fortiora sũt est
vnus lapidũ q i spongia iueniunť. Et iteꝝ san.birci
exiccatus.⁊ ille melior est q sumiť i hac hora in qua
colorať vua. Quere gº ollã nouã ⁊ ablue eaȝ aq̃ ita
vt remoueať qđ de ea est de nã terrenitatis ⁊ salsedi
nis:⁊ si fũit lapidea erit melior:deiñ decolla bircuȝ
q hẽat.iiii.ãnos sup illã ollam ⁊ dimitte p̃mum san.
eius ⁊ vltimũ currere:⁊ assume mediũ tm̃:deiñ icide
ip̃m i frusta parua de qbus facias troc.quos ponaſ
sup rete aut pãnuȝ mũdum ⁊ aspge eos ad solẽ sub
diuo post orale defendens eos a puluẽ ⁊ dimite eoſ
tãdiu dõec eoꝝ exiccatio vehenĩs fiat i loco ad quẽ
ros nullo mõ ptingat ⁊ ꝯseruas trociscos.⁊ qũ vo
lueris eos i potu tribuere dabis eis i potu cochlia
rium.i.i vino aceti i hora qetis doloris:aut i aq̃ apii
montani ⁊ videbis rẽ mirabilẽ. Et de eis q̃ fortiora
sũt ē cinis ouoꝝ galline postq̃ȝ euãta sꝫ a pullis.Et
de eis q̃ sunt vehemẽtis fortitudinis ⁊ meliora oĩum
est auis q̃ grece noiať tragulidos ⁊ auis est de genẽ
paruaꝝ minor oĩbꝰ auibꝰ excepta aue regia ⁊ color
corporis eius ē iter viridẽ ⁊ cinericiũ ⁊ citrinũ ⁊ sup
alas eius sũt pẽne auree.⁊ sup caudã ip̃ius sũt alba
puncta ⁊ plĩm apparitõis eius ē i hyeme ⁊ apud pi
scinas ⁊ apđ parietes.⁊ ip̃ius volatui apđ parietes
ñ ē fixio: imo volat paꝝ ⁊ cãtat ⁊ garrit semp ⁊ mo
uet caudã.Et ip̃a comedať cruda sicut ē qđ melius
est.⁊ comediť elixata ⁊ assata ⁊ saliť ⁊ reseruať vt ca
ro salita.Et qñq̃ȝ aduriť sicut ē i furno q nõ sit cuȝ il
la caliditate.s.cuȝ q̃ȝtitate qua domineť ei adustio ⁊
destruať v̓tus:⁊ sit in vitreato vase ⁊ sm̃ modũ qui
dictus ē ad scorpiones ⁊ alia.⁊ qñȝ aduriť in olla la
pidea:aut butinati ⁊ stringiť caput eius. Et qũ per
trãsit terminũ rei tendẽs ad adustionẽ tũc retine.Et
qñq̃ȝ pulueriȝať illđ qđ de ea salitũ ē ⁊ assatũ ip̃ius
cũ pipere ⁊ silibꝰ:⁊ bibať :rirũ eius a pulueriȝatõe:
aut adustione cũ vino claro cũ melle:aut cũ aq̃ mel
lis:aut cũ ꝯditio:Et silr̃ vnaqueq̃ȝ haꝝ medicinaꝝ
Et existimãt qdaȝ ꝙ h̃ auis sit auis spine:sȝ h̃ ē auis
q̃ noiať francigine safurian de q̃ ñ scio an sit illa aut
alia.⁊ existimant ꝙ qñ exiccať ⁊ bibiť paulatĩ exhibit
lapidẽ ex oĩ loco.Et dixerũt qdaȝ ꝙ lapis ip̃e exhibit
lapidem:⁊ iteꝝ fimꝰ collumbinꝰ ⁊ fimꝰ galli.Et existi
mant bunain ⁊ alkindus ꝙ qñ sumiť de eo pondus
ʒ.ii.⁊ origani pondus.ʒ.ß.⁊ q̃ȝtum ip̃m ē ȝuccari ta
barȝet extrahit oẽm lapidem.Et qñ ponũť cum eo
piper ⁊ sal ⁊ ꝓp̃e i decoctiõe pulegii:⁊ iteꝝ scarabei
exiccati.Et existimãt qdam ꝙ suffumigatio eiꝰ qđ ē
sub virga cũ spina eritii facit mingẽ lapidẽ:⁊ hoc ē
de illis q̃ ego ñ verifico. ¶ Medicine v̓o q̃ cũ istis
pmiscenť pharmacis ad penetrandũ sũt sicut piper
⁊ calamẽtũ ⁊ cinamomũ:⁊ iste cuȝ hoc sunt iuuatiue
i capl̃o motõis lapidis. ¶ Medicine aũt q̃ cũ istis
ꝯmisceť vt ꝓuocẽt cũ virtute ⁊ extrahãt supfluita
tes grossas sũt sic̃ semia cognita ⁊ ꝓprie fenugre.⁊ si
cut daucũ ⁊ meu ⁊ fu.⁊ assaꝝ ⁊ acorus ⁊ ameos et
keisin ⁊ siseleos:⁊ semẽ agnicasti ⁊ sq̃nantũ ⁊ cordu
meni.⁊ fortasse qdaȝ hoies dicũt bonũ esse vti cãta
ridibꝰ.Et iste qdem medicine cũ vehemẽtia ꝓuocati
onis sue nõ sũt ꝓuate ip̃ressiõe i lapide. Medicine
v̓o doloris sedatiue sunt sicut semẽ lini ⁊ mucilago
eius:⁊ sicut nuces ⁊ auellane:⁊ semẽ altee ⁊ hñt or
dineȝ ẽt ad mãs lapidis. Et ꝯuenientiora ad corpꝰ
renũ ex narcoticis ē illud qđ sciuimꝰ ¶ Medicine
aũt ꝯfortatiue sũt sicut been ⁊ aristol.⁊ lilium siccuȝ
⁊ semẽ agnicasti:⁊ iteꝝ sicut rosa ⁊ balaustie:⁊ sq̃nã
tũ ⁊ sandali. ¶ Medicine v̓o ꝯposite ad lapidẽ sũt
sicut mithridatũ:ip̃m nãq̃ȝ fortis opõnis ē in lapide
renũ:⁊ sicut saggenea:⁊ sicut ꝯfectio de scorpionibꝰ
cognita ad renes ⁊ vesicã.Et iteꝝ medicam̃ scm̃ cuȝ
san.birci qđ noiať manus dei pp suã nobilitatẽ. Et
medicamẽ thesauriȝatũ dcm̃ scm̃ cum oleo balsami
qđ ē mirabile:⁊ sicut medicamẽ forte qđ exp̃ti sumꝰ
Recipiẽs cineris vitri ⁊ cineris scorpionũ:⁊ cineris
radicũ cauliũ nabati:⁊ cineris leporis ⁊ lapidis spõ
gie ⁊ san.birci exiccati ꝯtriti:⁊ cineris corticũ oui đ
quo pullus egressus ē ⁊ lapidis iudaici ⁊ gũmi nu
cis:⁊ acori ptes eq̃les:⁊ petroselini dauci pullegii
gũmi arabici ⁊ se.altee ⁊ piperis oĩuȝ añ.ptẽ.i.⁊.ß.
ꝯficianť cuȝ melle cuius dosis sit vsq̃ȝ ad auř.ii.⁊ su
pra cũ aq̃ tribuloꝝ decoctoꝝ cũ ciner ibꝰ nigris.Et
hoc ẽt ꝯueniẽs est ei q in vesica est extrahẽs ip̃ȝ sileȝ
luto albo.Et iteꝝ ex eis q̃ sunt fortia aggregata est
illud qđ recipit se.melonis ⁊ vitri adusti ⁊ culbum
ptes eq̃les:sumať cũ aq̃ ciceris. Et iteꝝ fimi colum
bini ⁊ fimi galli deť aliqd cũ aq̃ rhaphani: aut cum
vino:aut cũ aq̃ calida.est eñi aggregatiuũ. Et đ illis
que sunt aggregatiua ē vt sumať ꝯdisi pondus.ʒ.i.
fimi columbi.ʒ.i.scarabei.ʒ.i.duodecima:terãtur et
deť cũ vino. Et iteꝝ lapidis spongie scolopendrie
capilli veneris se.altee petro.equalr̃ ⁊ sit dosis q̃ȝtũ
necesse est i aq̃ apii:aut aq̃ radic.aut aq̃ tribuloruȝ:
aut aq̃ rhaphani. Et iteꝝ de eis q̃ sunt aggregatiua
est illud qđ ℞.granatoꝝ fructus balsami calamẽti
cãpestris sicci lapidis: spõgie se.malue ⁊ albedarũ
gi sicci ptes equales teranť:⁊ deť ex eo oĩni die co
chiariũ.i.cũ vino pmixto.q.℥.iiii. Et de illis que ꝓ
priora sũt ei q est in renibꝰ ē illud qđ ℞.meisus sumi
rion ambaꝝ añ.põdus.ʒ.ii.piperis.ʒ.iiii.cuius dosis
sit sm̃ q̃ȝtitateȝ q̃ existimať cũ oxymelle sq̃llitico. Et
iterũ rute campestris malue campestris radic.apii
ptes eq̃les:de qbꝰ sumať q̃ȝtitas duoꝝ cochliariorũ
q̃ coquať i vino ⁊ coleť ⁊ bibať vinũ. Et iteꝝ radix
pentaphilõ cũ oxymelle sq̃llitico:aut aq̃ mellis. Et
iteꝝ se.rhaphani ⁊ culbũ eq̃liter sumať in potu vna
vice pꝰ aliã.Et iteꝝ granoꝝ almahaleb excorticato
rũ tritoꝝ auř.ii.croci auř.i. aristol.auř.ß.ꝯficiantur
cũ melle cuius dosis sit.ʒ.iiii.⁊ iteruȝ cordumeni pon
dus.ii.ʒ.cũ tertia sui cortic.radic.lauri.⁊ iteꝝ semen
albarinet ⁊ bdelliũ sumanť de qbus fiãt pilule ⁊ su
mať de eis oĩ die pondus.ʒ.i.cũ aq̃ ca.⁊ cũ aq̃ folio
rũ rhaphani:aut enule humide:aut cũ aq̃ oliuaruȝ
¶ Medicamẽ vltimũ sedãs dolorẽ ⁊ extrahãs la
pidem: ℞.sumirion ⁊ est apiũ campestre ⁊ deť apiũ
psicuȝ.℥.i.ciperi egyptiaci spice aromatice:se.papa
ueris al.cinnamomi cassie pipis al.se. baucie acori
oĩuȝ ana.℥.i.⁊.ß.lapidis iudaici lapidis delati de re
gione macedonie añ.℥.ß.ꝯficianť cuȝ melle de qᶜ su
mať ad magnitudinẽ auellane cũ vino.s. ¶ Medi
camẽ ꝯferens gñationi lapidis: ℞.se.citroli pulegii
se.altee oĩuȝ añ.ʒ.i.se.cucu.hortulani se.melõis dra
gaganti oĩuȝ ana.ʒ.ß.misceanť oĩa ⁊ sumãt sitq̃ȝ do
sis eius pondus.ʒ.ii.cũ vino subtili pmixto. Aliud
℞.lapidis inuenti in spongia:radicis tribuli se.bau
cie oĩuȝ añ.ʒ.ii.se.cucu.hortulani se.melõis se.altee
amili oĩuȝ añ.põdus.ʒ.ii.se.feniculi anisi polii oĩuȝ
añ.ʒ.iii.Et qñq̃ȝ dať eis in potu aq̃ i qbꝰ decoquanť
meᶜ lapis sicut aq̃ in qbus decoquũť camepitheos

⁊ poliũ ⁊ calamẽtũ ⁊ siseleos ⁊ radix tribuli ⁊ fruc
tus eius ⁊ scolopendria ⁊ radix malue ⁊ capill⁹ ve
neris ⁊ virga past. ⁊ ra. tamarisci: ⁊ ra. eupatorii: ⁊ se
mẽ altee ⁊ sumirion ⁊ saguas ⁊ pulegiũ ⁊ alia ex di
ureticis. ⁊ qñ administrat̃ in dieb⁹ sanitatis ꝓhibꝫ
generationẽ lapidis ẽt. Et ex decoctionib⁹ qb⁹ iuua
mẽtũ confertur lapidi renũ qũ eoꝝ administratio assi
duat̃ in horis ꝓximi ẽ vt decoquãt̃ folia malue cã
pestris ⁊ ponãt̃ in decoctione e⁹ butyꝝ ⁊ mel de q̃
sumat̃ in potu res plurima: frangit. n. lapidẽ ⁊ ꝓuo
cat vrinã ⁊ lenit iter e⁹ ⁊ extrahit eũ cũ facilitate. Et
ruffus quidẽ dixit ꝙ plurima balneatio in thermis
sulfureis frãgit lapidẽ. Et hoc fortasse facit perueni
re ad hoc ꝙ q̃dã aq̃ calide q̃ qñꝫ vlcerãt cutẽ quan
do ponunt̃ in eis medicine lapidis ⁊ submergit̃ i eis
pãn⁹ dũ sũt calẽ ⁊ ponit̃ super locũ lapidis resoluit
ipsũ. Et ego iã expertus sũ res h⁹ generis. i regie ãt
in preparatione lapidis ad hoc vt eleuet̃ ⁊ patiat̃ a
medicinis cũ facilitate lubricitatis ⁊ exitus: oꝫ vt ad
ministret̃ olera mollificantia inungendo cũ fricatio
ne. ⁊ silr̃ emplã ⁊ embrocatões ⁊ cerata mollifican
tia: ⁊ balnea ⁊ tine cũ quantitate q̃ nõ mollificet vir
tutẽ superflue ⁊ debilitet̃ expulsiua. ⁊ qñꝫ currit ꝑꝑ
illud ad mẽbꝝ additio materiei: ⁊ tũc bibit̃ medica
mẽ ad eradicationẽ lapidis vt fiat facilis super ipsũ
eradicatio ⁊ extractio. ⁊ oꝫ vt misceãt̃ cũ mollifican
tib⁹ cõfortantia ſm canonẽ motũ ⁊ ꝓprie qũ nõ ẽ
cũ ꝯfortantib⁹ plima cõtrarietas ad intẽtionẽ q̃ ẽ in
resolutione. ⁊ illa sunt sicut oleũ ď lilio ⁊ oleũ de spi
ca ⁊ oleũ de alcãna ⁊ corpora eoꝝ ẽt: ⁊ oleũ alkeiri
aggregat intẽtiones plurimas: deinde stringat̃ me
diũ ⁊ alchatin et pectẽ et dilatet̃ meat⁹ desuꝑ: aut fri
cet̃ cũ manu: deinde ďet̃ i potu medicamẽ cõminu
tiuũ. et si fuerit sũptũ in potu tunc conuenit vt adhi
beat̃ diuretica. et nõ ẽ malũ vt bibat̃ ẽt qď ẽ sicut ca
siafistula cũ oleo amigdalino et cũ succo viscoso q
sit de succis diureticis in qb⁹ sũt viscositas et lubrici
tas cũ oleo amigdalio. Et ex eis que conferũt post
mollificationẽ: aut cũ excusatio ẽ a mollificatõe ꝑꝑ
illď qď scis de lapide suspẽso moto sũt vaporatões
cũ spongia ⁊ silib⁹ sibi infusa i aq̃ ⁊ oleo ⁊ cũ pãno:
aut furfure: aut emplã calefacta ⁊ viscosa: aut cũ ole
is calidis calefactis sicut oleo rutino. aut cũ oleo et
castoreo. ⁊ ẽ necessariũ vt cõseruet̃ calefactio ẽplo
rũ. Qď si necessaria sũt fortiora illis ponãt̃ vẽtose va
cue super lapidẽ: ⁊ sit eaꝝ positio dolorosa vt attra
hat ipsũ: deinde ďponat̃ ab illo loco ad illũ q ẽ sub
eo ad inferiora ⁊ suspẽdant̃ ibi. ⁊ silr̃ ſm gradatiõeꝫ
descẽdãt a loco r̃nũ ſꝫ obliquatõꝫ emũctorioꝝ ad
inferiora. Qũqꝫ descendit ad vesicã sedat̃ dolor. Et
qñꝫ exercitiũ ⁊ mot⁹ ⁊ equitatio super aial inquiete
incedẽs sufficiũt ⁊ silr̃ descẽsus per gradũ ⁊ ꝓprie
postq̃ꝫ administrate fuerint inunctiones. Qũꝫ descẽ
dit ex vesica ad meatuꝫ virge tũc fortasse facit dolo
rẽ: ⁊ tũc oꝫ vt regat̃ regimine illi⁹ loci cũ eis que dice
mus. ❧ Regimẽ ãt doloris qñ cõmouet̃ ⁊ ꝓprie
apď virgã ꝑꝑ magnitudinẽ lapidis: aut propter dẽ
tes in ipso ⁊ fracturã rascationis ⁊ asperitatẽ excori
antẽ qñꝫ possĩ ẽ vt sit cũ bal. ⁊ tina. Qũꝫ ãt supfluũt
⁊ mollificãt redit dolor vehemẽs post horã. Et em
broce de camemilla: ⁊ meliloto ⁊ altea ⁊ furfure bo
ne sũt ⁊ iuuatiue. ⁊ si fuerit ꝯstrictio aliqua nature tẽ
de rectiorib⁹ reb⁹ ẽ extrahet̃ fecẽ cũ suppositorio aut
cũ cũ clisteri non magno qď coartet ⁊ dolorẽ faci

at: imo suppositoriũ amabili⁹ ẽ mihi. Et in lenifica
tione nature ẽ alleuiatio plurima et sedatio doloris
et non ẽ semita ad administrandũ catharticũ. Ipsũ
n. ledit et nocet per illud quod descẽdere facit desuꝑ
Clistere ãt qũ in eo ponũtur adipes et vnctuosa et
virtutes mollificantes et virtutes diuretice facit cuꝫ
solutione ventris lenitatẽ et frangit doloreꝫ et adiu
uat ad extractionẽ lapidis. ❧ Et quꝫ dolor ẽ fortis
sedatur qñ curatur cũ eis que diximus: deinde qũ cu
ratur lapis multiplicatur: quare rectius est vt absti
neatur a medicis fortib⁹ mouẽtib⁹ et administrẽtur
clisteria leuia lenificantia: et inunctiones q̃ cõprimẽ
do ⁊ fricãdo fiunt: ⁊ cerataria mollificãtia lubrificã
tia. ❧ Et de illis que iuuant in hac hora ẽ admĩstra
tio vomit⁹ ⁊ illď ẽ de eis que minorãt mãs cõprimẽ
tes lapidẽ. sed fortasse nocet per illud qď attrahit la
pidẽ ad superiora. ⁊ si fuerit dolor de illis que nõ re
mouet̃ prorsus: tunc necessariuꝫ erit dare in potu il
lud qď stuporẽ facit. Et iterũ filoniuꝫ ⁊ etiaꝫ mithri
datũ mandragoraꝝ ⁊ tyriaca que nõ ẽ antiqua: im
mo ẽ ad nouitatẽ decliuis ⁊ est virtus opii remanet̃
Ipsa. n. plurib⁹ cõfert modis. ꝯfert nãqꝫ ex parte ty
riacitatis ⁊ ex parte prouocationis ⁊ cõminuit lapi
dẽ, ⁊ ex parte stupefactionis doloris. ⁊ qñꝫ adiuuat
in diebus ventositatẽ in renibus coartãtem ẽt lapi
dẽ. Et cognoscit̃ per signa vẽtositatis renũ: aut ven
tositatẽ in intestinis cõprimẽtẽ ipsũ. ⁊ cognoscit̃ ꝑ si
gna sua: q̃ oꝫ tunc vt intẽdat̃ ad ea que frangũt vẽ
tositatem sicut ruta ⁊ semen eius ⁊ semen apii ⁊ ani
sũ ⁊ ameos ⁊ carui ⁊ nigella: dando in potu in eis
q̃ sunt sicut aqua mellis: aut emplãdo: aut faciẽdo
ex eis ceratuꝫ cũ oleo aliquo ⁊ vtendo eo in clisteri
⁊ si fuerit lapis propter apã calidũ curet̃ curatione
apãtis renuꝫ in primis ⁊ sufficiẽt ea que scis de em
brocis ⁊ emplĩs ⁊ ceratariis ĩfrigidãtib⁹ que preteri
erũt tibi i caplĩs plurib⁹: asperso suꝑ eo modico ace
to donec penetrent. ⁊ similiter fiat clistere cũ istis suc
cis ⁊ cũ oleo ros. cũ eis. ⁊ si indiget phlomia fiat. ⁊
si fuerit ꝑꝑ apã duꝝ tunc adhibeant̃ ea que sũt sicut
mucilagines calide: ⁊ mucillago se. lini. senugreci et
altee: ⁊ se. almaru permixte cũ eis que infrigidãt. Et
similiter camemilla ⁊ melilotũ ⁊ tribuli ⁊ anetũ. Et
ita administrãt̃ epithimata. ❧ Et qñ administrant̃
epithimata oꝫ vt ponant̃ in eis que sũt sicut gũma
pini ⁊ serapinũ ⁊ ãmoniacũ ⁊ storax ⁊ castoreũ ⁊ si
cut myrrha. Et iterũ olea calida cũ cõfortantibus
aliquibus. ⁊ de vnguentis vnguentuꝫ diaquilon et
vnguentuꝫ de adipibus ⁊ alia: ⁊ qũ videris inflam
mationeꝫ prouocabis tunc. Cibi auteꝫ lapidem pa
tientiũ sunt illi qui contrarii sunt cibis nocentib⁹ eis
⁊ carnes auium assate habentiũ coloꝛem cineritiuꝫ
⁊ auiũ in domib⁹ habitantiũ dissolute cũ decoctõe
nõ nocent eis. Et similiter que de carminibus sunt
subtilia ⁊ cãcri assati caro cõfert eis. ⁊ oportet vt in
cibis eorum ponantur capita cardi ⁊ asparagi ⁊ ꝓ
prie campestris cum aqua ciceris ⁊ oleo cartami.

❧ Fen. xix. de dispositionibus vesice ⁊ vrine duos
comprehendens tractatus.

❧ Tractatus primus de dispositionibus vesice.

❧ Cap. i. de anatomia vesice.

Quẽadmoduꝫ deus
excelsus creauit ⁊ fecit vasa aggre
gatiua ꝯprehendentia totũ vsꝫquo

Q

aggregaẗ deinde expellit totũ simul per quod fit ex
cusatio ab ascellatione continua hora post horã sic
sciuisti. Silr preparauit excelsus ꝛ creauit eis qḋ est
de supfluitate aquositatis attrahaẗ digne excuti et
expelli capacitatez ꝛ sacculũ ꝯprehendẽtẽ totalitatẽ
eꝰ: aut plurimũ eꝰ donec surgat ad extrahendã ipsã
semel: ꝛ nõ sit necessariũ expellere ipsã cõtinue: sicut
accidit patientibꝰ distillationez vrine: ꝛ capacitas il
la ẽ vesica. ꝛ creata ẽ neruosa ex neruis ligamẽti vt
sit vehemẽtioris fortitudinis ꝛ sit cũ fortitudie susce
ptibilis extẽsionis plane sustentate vt ipleaẗ aquosi
tate. Nũqꝫ repleẗ euaẗ qḋ i ea ẽ cũ volũtate ad quã
ꝑducit necessitas: ꝛ i collo eꝰ ẽ carnositas retẽta vici
na lacerto. ¶ Et ipsa qḋ duas hꝫ tunicas q̃rũ inte
rior i profundo ẽ dupla extrinsece: qm̃ ipsa obuiat
aquositati acute. Et subtiliatꝰ ẽ creator sapiẽter in'at
trahẽdo aquositatẽ ad eã. ꝛ in extrahẽdo aquosita
tẽ ab ipsa q̃ ꝑuenire fecit ad ipsaꝫ duo emũctoria q̃
sũt renũ. Et qũ ad ipsã peruenerũt separauit vesice
duos anulos quo facit incedere inter duas tunicas
incipiẽtes i primis penetrare i tunicã primã ꝑforan
tes eã: deinde hñtes icessũ habentẽ q̃ꝫtitatẽ iter du
as tunicas deinde submerguntᷣ i tunica iteriore dis
rũpẽtes vtrãqꝫ eaꝝ ad concauitatẽ vesice: ita vt qñ
repleẗ aquositate ꝛ sustentaẗ cooperiat tunica aliaꝫ
tunicã exteriorẽ expulsa ad ipsaꝫ ab iteriori pte ꝛ ꝓ
fũdo talr vt existimeẗ. q. tunica vna ꝛ nõ sit in eis pe
netratio: ꝛ pp illud nõ redit aquositas ꝛ vrina dũ si
giẗ vesica ad posteriora ꝛ ad duo emũctuoria: deiñ
creauit ei deꝰ cꝰ virtꝰ ẽ sublimis collũ expellẽs aquo
sitatẽ ad v̇gã ãfractuosũ plures habẽs anfractꝰ: pp
quos nõ mũdificaẗ ab aquositate itegre ꝓp̃e expul
sa i masculis. In eis nãqꝫ tres hꝫ anfractus. Et in
mulieribꝰ hꝫ anfractũ vnũ pp propinquitatẽ vesica
rũ eaꝝ cũ matricibꝰ ipsarũ. Et illiꝰ colli eꝰ quedã ꝑs
munita ẽ eo ꝙ circũdat ipsũ sicut suffocatoriũ ꝛ ex
pressoriũ ita vt probibeat exitũ aquositatis ab ea ni
si cũ volũtate mollificãte illũ lacertũ adiunctũ lacer
tis vẽtris ſm ꝙ sciuisti i loco suo: nisi illo lacerto ad
ueniat nocumẽtũ: aut ſpfluitatis necessitas ꝛ ꝯtinua
tur vnicuiqꝫ lacertũ eꝰ neruꝰ q̃ꝫtitatẽ habens ꝛ vene
qete ꝛ pulsatiles ꝛ multiplicati sũt nerui eꝰ vt ipsã sẽ
tiat illud cui initiẗ ꝛ ad quod extenditur.

¶ Ca. ii. de egritudinibus vesice ꝛ cura eius.

Accidunt iterũ i vesica egritudies cõplexio
nis cuꝫ materia ꝛ absqꝫ materia ꝛ ap̃ata ꝛ
oppilatio de cꝰ sũma ẽ lapis. Et inueniũẗ in
ea egritudines q̃ꝫtitatis i paruitate ꝛ magnitudine:
Et accidũt ei egritudines situs i augmẽto ꝛ disloca
tõe. ¶ Et accidũt ei egritudies solutõis singularis
ꝑ apertõez ꝛ scissionẽ ꝛ icisionẽ ꝛ vlcera. Et qñꝫ cõi
cãt vesice mẽbra regalia ꝛ nobilia: sicut cerebꝝ. ipꝫ
n. fit dolorosũ cũ ea ꝛ aduenit ei v̇tigo. ꝛ quandoqꝫ
ꝑuenit ad sirsẽ cã cõitatis egritudinũ vesice calidaꝝ
ꝛ sicut epati iteꝝ: multotiens. n. accit hydropisis ꝓ
pter frigus vesice. Et egritudines quidẽ vesice mul
tiplicanẗ i hyeme ꝛ curãẗ iteꝝ sicut curãtur ille que
sunt renũ ꝛ cũ medicis fortioribꝰ ꝛ magis remanen
tibꝰ. ꝛ sunt potões ꝛ iniectões ꝛ vnctões ꝛ emplr̃a q
bꝰ emplẽẗ duo emũctuoria ꝛ sub vmbilico ꝛ i dua
bꝰ singularibꝰ. ꝛ dolores vesice multiplicantur in ae
ribus ꝛ in regionibus ꝛ vẽtis septẽtrionalibus ꝛ in
temporibus frigidis.

¶ Capi. iii. de his que calefaciunt vesicam.

Diuretica calida oĩa calefaciũt vesicaꝫ: ꝛ vn
ctiones ꝛ iniectiones ex oleis calidis ꝛ gũ
mis calidis sicut oleũ costinũ: ꝛ nardinũ ꝛ
de ben: ꝛ vaporatões ꝛ ẽplr̃a ex medicis predictis i
caplo renũ calidis de qbꝰ fiat emplm vbi scis.

¶ Ca. iiii. de his que ifrigidãt vesicam.

Infrigidãt eã potꝰ sicci portulace: ꝛ citro. ꝛ
cucur. ꝛ potꝰ spodii cũ aq̃ fr̃a. ꝛ ex epithiati
bus sandali: ꝛ canfora: ꝛ saufel cuꝫ lacte acetoso de
quo butyꝝ ẽ extractũ: ꝛ silr mucilagies ꝛ succi frigi
di ꝛ ole. fr̃a sicut ole. de se. cucur. ꝛ ole. roſ. bonuꝫ et
ole. ḋ papauere ꝛ ole. de se. lactuce cũ cãfora ꝛ silibꝰ
ꝛ iiectõibꝰ prop̃e. ꝛ lac asini ẽ iuuatiuũ valde.

¶ Ca. v. de lapide vesice ꝛ signis eꝰ.

Oportet vt tu ꝯsideres illud qḋ diximus ḋ
lapide renũ: deide ꝑmuteris ad ꝯsiderãdũ
hoc caplꝫ. Et tu qdẽ iã sciuisti illic dĩam i
ter lapidẽ vesice ꝛ lapidẽ renũ i qualitate ꝛ q̃ꝫtitate
ex caplo lapidis renũ. Differũt. n. vtriqꝫ lapides at
ille q ẽ i renibꝰ ẽ leuior paꝝ ꝛ mĩor ꝛ magis trahens
ad rubedinẽ: ꝛ ille q ẽ i vesica ẽ durior maior valde
ꝛ magis decliuis ad soliditatẽ ꝛ cinereitatez ꝛ albe
dinẽ: ꝫ genereẗ i ea lapis q cõminuiẗ. ꝛ ille qdẽ q ẽ i
vesica discerniẗ ſm plm post separatõez vrĩe. ¶ Et
ille cui plꝫ aduenit lapis vesice ẽ extenuatus: et i re
nibus ẽ ecõuerso. Et ifantibꝰ qdẽ ꝛ q eos sequnẗ ad
uenit lapis i vesica. ꝛ dicã hic ꝙ vrĩa i lapide vesice
ẽ decliuis ad albedinẽ et sedimẽ nõ ẽ rubeũ ad albe
dinẽ tendens: aut cinereitatẽ: ꝛ qñqꝫ est vrĩa grossa
oleaginee fecis ꝛ scḋꝫ plimũ est subtilꝰ ꝛ prop̃e i pñº
Et non est dolor lapidis vesice sicut dolor lapidis
renuꝫ: qm̃ ille q ẽ vesice teneẗ i spatõ: nisi qum lapis
retiet vrĩaꝫ: qm̃ eꝰ dolor vehemẽs fit. Et quando ipe
cadit i meatu ꝛ asperitas i lapide vesice plima ẽ: qm̃
ẽ i spatõ i quo pośe est vt stet super eum illud quod
ipse retiet: ꝛ propter hoc est maior qñ eꝰ locꝰ latiorẽ
ꝛ accit quãdoqꝫ vt sint i vesica vna duo lapides et
plures illis excoriãtes: ꝛ multiplicaẗ cõfractõ a rene
ex eis. Et ẽ qñꝫ cũ arenositate fex furfurea propter
abrasionẽ eꝰ a lapide abstergente. Et i lapide qdẽ ve
sice est assiduatio pruritus ꝛ doloris i v̇ga ꝛ i radice
eꝰ ꝛ i pectie cõicatõe v̇ge ad vesicã ꝛ hñs eum multi
plicat ꝯctõem v̇ge sue prop̃e quꝫ est puer ꝛ assidua
fit erectio. Et quandoqꝫ perducit illud ad exitum
ani ꝛ ad retẽtionẽ ꝛ difficultatẽ cuꝫ hoc ꝙ illud qḋ
egreditur cũ fortitudine propter cõprehensionẽ su
am a stricto ꝛ ab ipellẽte post ipsũ. Et qñꝫ mingit i
fine eius vrinã quã vult. Et quotiens euatur ex vri
na quam mingit desiderat mingere statim ꝛ agens
illud est lapis expellens expulsione vrine aggrega
te. ¶ Et multotiens mingiẗ san. propter rascationẽ
lapidis proprie qñ ẽ asper magnus ꝛ multotiẽs pũ
git. Dum ergo resupinaẗ lapidosus ꝛ eleuantur an
che eiꝰ ꝛ cõcutitur remouetur lapis a meatu. Et qñ
tũc fit ꝯpressio sup pectinẽ eiiciẗ vrina ꝛ hec ẽ signifi
catio fortis sup lapidẽ. ꝛ qñꝫ alleuiat illud incurua
tio lapidosi super genua sua ꝛ cõmotio mẽbroꝝ su
oꝝ ad inuicẽ. ꝛ qñꝫ alleuiaẗ per itromissionẽ digiti
i anum ꝛ remotõem lapidis ſm huiusmõi preparatõ
nẽ. ꝛ qñqꝫ alleuiaẗ illud ꝑ figuras alias cõpressiõis
ꝛ expressionis ꝛ resupinatõis et incuruatõis quas
experimẽtũ inuenit. Qũ ergo nõ ꝯfert illud admini
streẗ alchartir ꝛ extrahiẗ ꝛ expelliẗ vrina ꝛ ẽ signifi
catio fortis. Et similiter si difficilis fiat eius itromis

ſio tunc melius ē vt nõ laboreť cũ conamine. Et qñ
qꝫ ſignificat alchartir per illud qḋ aſſociatur ei mã
ex qua generať lapis. Et lapis quidem pu⁹ magis
retinet vrinã qꝫ magn⁹: qm̃ figitur i meatu: magnus
vero remoueť a meatu velociter. ❡ Et ſcias ꝙ lapis
veſice multiplicať i regionib⁹ ſeptētrionalib⁹ ⁊ ꝓpe i
infantibus. ❡ Ca. vi. de curationib⁹ lapidis veſice.

Lapis veſice idiget medicis fortiorib⁹: quo
niaꝫ ipſa ē frior: ⁊ qꝛ ē longinquior: ⁊ quo
niã lapis e⁹ ē vehemētius confirmat⁹ ex ve
hementia coagulationis. Et medicine e⁹ ſunt medi
cine fortes predicte in curatõe lapidis renũ. ⁊ eis q
dē ꝯferunt ſagzenea ⁊ mithridatũ qũ lapis ē puus
aut lenis ⁊ ſilr athanaſia. Et conferunt ei ſcolopen
drie põdus. ʒ. i. ⁊ mahaleb excorticate. ℥. ſ. Sirup⁹
iuuatiuus ei: ℞. milii ſolis triti. ʒ. xv. capilli veneris
ʒ. vii. petroſelini. ʒ. iiii. ficus albas. vii. numero: deco
quanť cũ. iiii. lb. aque donec remaneat. lb. i. ⁊ bibať
poſt exitũ de balneo: c⁹ doſ ſit. lb. ſ. ❡ Et oꝫ vt tine
q̃ i ea adminiſtranť ſint fortiores ⁊ ponãť i eis cuꝫ me
dicis notis medicie q̃ ſunt ſicut folia agnicaſti ⁊ ca
pill⁹ veneris ⁊ foliũ ⁊ aſſueſir ⁊ roſa e⁹ ⁊ aliquid hñs
ſtipticitatē vt nõ ſuperfluat mollificatõ ⁊ ponanť in
eoꝝ vnctõib⁹ galbanũ ⁊ pix ⁊ ãmoniacũ ⁊ euforbi
um. Et melius eoꝝ ē emplm de bdellio de mecha:
⁊ meli⁹ eoꝝ oloꝝ ē olꝫ de ſcorpiõib⁹ ēpſatuꝫ ⁊ diſtil
latũ: aut iniectũ cũ quo miſceať aliquid cõfortatiuũ
❡ Et medicine qdē emploꝝ eoꝝ ſunt radix ſcolo
pedrie ⁊ radix aſecb ⁊ poliũ ⁊ canabis ⁊ altea ⁊ ca
pillus veneris: ⁊ ponanť in eis illa que ſunt ſicut fo
lia ṽge paſto. ⁊ auis predicta i caplo lapidis renum
⁊ que diximus cũ ea de ordinib⁹ e⁹ valde ꝯferunt ei.
Et de eis q̃ ſunt propria illis i curis ipſoꝝ ē vt vtan
tur medicis lapidis i iniectõe et iuuanť eis vehemē
ter. Et qñ vrine fit difficultas ⁊ retineť cã lapidis ve
ſice ⁊ non ē ſemita ad ſciēdũ propter aliquid quod
ꝓhibet aut propter timorē: tunc de homib⁹ ē aliqs
qui igeniatur ⁊ i eo qḋ eſt iter anũ ⁊ teſticulos ſciſſu
rã efficit paruaꝫ ⁊ ponit i ea cãnulã vt egrediať q co
gnoſcit anatomiã veſice ⁊ cognoſcit locum colli e⁹:
cui cõtinuantur vaſa ſpermatis ⁊ cognoſcit locũ ar
terie ⁊ locũ carnoſuꝫ veſice vt caueat illḋ qḋ oꝫ ipꝫ
cauere: qꝛ non accidit nocumētũ i generatõe: aut flu
xus ſan. aut fiſtula que non conſolidatur ⁊ oꝫ vt va
poret iteſtina ⁊ veſicã ante illud reſupinus.

❡ Ca. vii. de regimie qḋ i ipſo precipitur.

Est vt prepareť ſedes ⁊ ſedeat eger ſuper eã
⁊ ſit preſens miniſter ⁊ intromittat manus
ſuas ſub genibuſ e⁹: deinde prepareť ad ſci
dendũ ⁊ oꝫ vt ante teneat lapidē ⁊ faciat ipſũ perue
nire i locũ q ſcinditur ⁊ illud faciat intromittēdo di
gitũ mediũ i ano viroꝝ ⁊ ṽginuꝫ: ⁊ mulieꝝ corrup
taruꝫ i orificio matricis donec iueniat lapidē ⁊ com
primat manu alia deſup faciēdo vt deſcendat lapis
ex mirac ⁊ ſumie donec deſcendat lapis ad locum
propinquꝫ ori veſice ⁊ ſtudeat vt expellať lapis tali
ter vt remoueať a cõmiſſura quantitate vniuſ pili: ⁊
caue ne ſcindas ſuper commiſſuraꝫ qm̃ ē malum.
ꝯmiſſura enim ſm̃ virtutem ē locus mortalis. ⁊ oꝫ
vt non cadat in expulſione abbreuiatio vel defect⁹
qm̃ euomit tunc ſciſſura lata que non ſanatur. Qũ
qꝫ expellis ⁊ vides ſciſſurã non penetrãtē tunc pfo
ra ſi tua operatio huius quantitatis non pducit ad
dolorem vehementē ⁊ torſionē colli ⁊ caſum virtu
tis ⁊ deſtructionē motus ⁊ ſermonis ⁊ confirmatio
nē palpebrarum ⁊ oculi. ſi auteꝫ perduxerit ad illḋ
tũc non perfores ipſuꝫ: nã ſi ipſũ perforaueris mori
tur illico. Amplius fac ſuper ipſum ſciſſuram tēdē
tē ad tranſuerſuꝫ parũper cuꝫ ingenio bono: ꝙ nõ
contingat neruuꝫ ſtudendo vt cadat ſciſſura in col
lo veſice: nã ſi ceciderit in corpore veſice non conſo
lidabitur omnino: ⁊ ſtude quãtum potes vt ſciſſio
minoretur. nam ſi lapis fuerit paruus fortaſſe expel
leť cum expreſſione. magnus vero indiget ſciſſione
ampla ⁊ fortaſſe indiget extrahente quod ipſum ex
trahat. Et qñꝫ ē lapis magnus valde: quare non eſt
poſe vt ſcindatur propter magnitudinē ſuaꝫ: quare
oꝫ tunc vt cõprehendať cuꝫ tenaliis ⁊ rumpať pau
latiꝫ ⁊ aſſumatur quod frangitur ⁊ non remaneat i
veſica aliquid oio. naꝫ ſi remãſerit magnificabitur ⁊
fiet magnuꝫ. ❡ Et multotiens accidit vt perueniat
lapis ad collũ veſice ⁊ qḋ ſequitur ṽgam: ⁊ tunc oꝫ
vt ſine ceſſatione inungatur pectē ⁊ fiat compreſſio
ſuper ipſũ ⁊ ſit tecuꝫ adiutor ita vt quando figitur la
pis de loco ſcindas ſubtus eũ ⁊ extrahatur. Et for
taſſe erit rectius ut ligetur poſt ipſũ ad anteriora cũ
filo ita vt non redeat ⁊ ſi penetrat ad locum propin
qum capiti ṽge non oꝫ vt laboretur ad extrahendũ
eũ ex ipſo. Illud. n. facit fortaſſe accideř vulnus qḋ
non conſolidabitur: imo oportebit ut equetur: aut
ſtringatur quod ē poſt ipſũ ⁊ ſcindatur ſubt⁹ caput
ṽge ut egrediatur. Quꝫ ergo feceris i lapide omĩa
que dicta ſunt in caplo de illo ⁊ extraxeris ipſũ for
taſſe accidet ex compreſſione uentris cum fortitudi
ne ⁊ ex dolore ſciſſionis apã et eſt res timoroſa. Et
ex eis que non permittunt euenire illud ē ut iã cliſte
rizes egrum et extrahas fecem eius: deinde des ei i
potu poſt illud aliquid leniēs naturam: ⁊ nõ cibes
eum niſi re parua ⁊ lenificante. ❡ Si autē idigueris
phlebotomia ṽt alleuietur ex minoratione fac. ꝙ ſi
uolueris ut uehementi⁹ alleuietur ⁊ apparent ſigna
apoſtematis ⁊ dolor ſit uehemens ualde: tũc oꝫ ut
ſedeat eger i tina: aut pelui aque i qua decocta ſunt
lenificantia ſicut molochia ⁊ ſemē lini ⁊ altea ⁊ fur
fur: ⁊ cum illa aqua ſit ꝯmixtũ oleũ plurimũ ꝯqualſ
ſatũ ea. ⁊ ſit illa aqua tepida. Qũqꝫ extraxeris eum
de tina iunges partes ṽge cum oleis lenificantibus
ſicut ē oleũ camemillinũ ⁊ anetinũ ⁊ ponas ſup vul
nus butyrũ tepidum ⁊ funde i ipſuꝫ. Et pones ſup
ipſum cottũ infuſum i oleo roſ. ⁊ pauco aceto deiñ
adminiſtra medicinas cõſolidatiuas. ſi aũt magnifi
catur apã aſſidue fac eũ ſedere i tina p̃dicta in deco
ctione fenugreci ⁊ ſe. lini ⁊ ſi dolor fiat fortior fac euꝫ
ſedere i die ſcḋo ⁊ i die tertio in aqua ⁊ oleo tepidis
Ille aũt quē ſciſſura ⁊ vuln⁹ non ita dolere faciũt ut
ide curent ſoluitur i die tertio. ❡ Et oꝫ ut aſſiduet
calefactõeꝫ ueſice cũ oleo de ruta qũ. n. calefacit eſt
rectioris diſpõnis ⁊ mioris doloris ⁊ mioris urie.
Et urina quidē ledit ualde perforatos. et propter il
lud oꝫ ut ſumãt i potu aquã paulatim. et quotiens
mingunt oꝫ vt ſit miniſter cõſeruãs manu ſua locũ
ligamēti et comprimat eũ ut non iſundat uria locũ
ſciſſũ. Amplius nõ poteſt eſſe quin euaeuetur: aut
nõ currat de ſan. q̃titas que neceſſaria ē. Et eſt illic
timor apãtis et corruptõis mēbri qum alteratur co
lor ei⁹ ad corruptõem a rubedine: aut ut currat et ſu
perfluat et timeatur fluxus ſã. Et plurimũ quidē oꝫ
ut curetur ſm̃ ꝙ uides ſignum predictuꝫ imo icida

tur uel scalpelletur illico ut currat sā. et ut ponatur
desuper emplm̄ ex aceto et sale in pāno lini tandiu
donec prohibeat corruptionē. In 2° autē qđ est vt ti
meatur fluxus sāg. est rectiꝰ vt sedeat in aquis stip
ticis cognitis: ⁊ ponatur super locū tus ⁊ attrimen
tū trita ⁊ supra ipsa cottū ⁊ supra illa cottū aliđ ma
gis madefactū aceto ⁊ aqua. ¶ Et si scíueris ꝙ ve
na magna aut arteria incisa sit adde in curatōe eꝰ cū
cōstrictione. ⁊ si sā. inobediens est ⁊ non cessat ⁊ nō
sanatur tunc fac eū sedere in aceto forti. Et fortasse i
diges vt phlōmes eū vt attrahatur san. Et fortasse
necessariū est tibi vt ponas super pectē ⁊ iguina nar
cotica. ¶ Et ex eis q̄ accidūt ex scissura ⁊ cursu san.
ē vt currat frustū san. ad vesicā ⁊ coaguletur sup ori
ficiū eiꝰ quaꝛ fit difficultas vrine: ⁊ tūc necessariū ē
vt itromittatur digitus in foramine ⁊ auferatur no
cumētū ab orificio vesice ⁊ collo eiꝰ ⁊ extrahatur aut
curetur locus cū aceto ⁊ aq̄ donec resoluatur clau
dēs cōgelatū ⁊ extrahatur. Et ex eis que accidūt ex
illo ē abscissio generatōis. ¶ Signa āt mala q̄ quꝫ
accidūt expectat medicꝰ mortē sūt vt si fortis fiat do
lor sub vmbilico ⁊ ifrigidētur extrema ⁊ acuatur fe.
⁊ accidāt rigor ⁊ casus virtutis. Amplius qum ad
ditur vehemētia doloris loci perforati ⁊ accidit sin
gultus ⁊ mouetur venter motu extraneo: tūc iā ap
propinquat mors. ¶ Signa autē egri bona sunt sa
lus ratiōis ⁊ sanitatis appetitꝰ ⁊ vt sit color ⁊ forma
sani valde.

¶ C. viii. de apatibꝰ calīs i vesica et aldubellati i ea.

Accidit q̄ꝫuis nō plin apa calidum i vesica
ex materia san. ⁊ cholerica: aut composita
⁊ ē egritudo mala. Et multotiens accidit il
lud ⁊ proprie in infātibus causa lapidis ⁊ dolorosi
tate eius: ⁊ q̄ ipse conquassant vesicā.

¶ De signis. capi. ix.

Significāt ꝙ apostema ē in vesica calidū fe
bris ⁊ retētio vrine: aut difficultas eiꝰ aut di
stillatio ipsius. ⁊ retētio quidē ē quꝫ iacēt ⁊ non pos
sunt eiicere aliquid de ea nisi stantes. Et qn̄ꝫ ē reten
tio stercoris ⁊ inflatio pectinis ⁊ ilii cū dolore pūgi
tiuo ⁊ pulsatione. ⁊ qn̄ꝫ apparet rubedo exterius et
significant ipsā ex trāquillitate infirmi quaꝫ inuenit
ex vaporatione. Et de accidētibꝰ que cum ipso acci
dūt sunt sitis vehemēs ⁊ vomitus cholere pure ⁊ as
ma ⁊ frigus extremitatū ⁊ fortasse non calefaciūt ⁊
alienatio ⁊ nigredo lingue ⁊ noceri ab omni acuto
⁊ diuretico ⁊ proprie qū sunt hu. corpis calidi. ¶ Si
gnificant ergo ipsuꝫ etas ⁊ cause preterite ⁊ p̄sentes
de illis quas scis. Et deterius ē illud cum quo conti
nuatur caliditas fe. acute ⁊ vehemens fit retētio vri
ne ⁊ stercoris: et fortis fit dolor: et in vrina nō est di
gestio: ē enim mortale. Et hoc plus est qum fit aldu
bellati. Qū autē apparet in vrina fex subsidēs leuis
tunc ē maioris spei. Cuꝫ dubellati vero apparet de
horripilationibꝰ diuersis ⁊ febribus permixtis illđ
qđ diximus i aldubellati renū. Et silr significat ma
turitatē eꝰ lenitas: ⁊ sunt de accidētibꝰ digōnis vrina
⁊ sedimen eius. Et significat eius eruptionē vria ha
bens admixtū pus. Si autē signa maturitatis non
apparuerint nō rūpet ante hebdomodā. ¶ Et plu
rime exiture vesice fiunt versus collū eius. ⁊ quādo
q̄ꝫ declinant ad partes alias: ⁊ qn̄ꝫ aperiuntur ad
partem vesice interiorē: et qn̄ꝫ apiuntur ad ptē aliā.

¶ Ca. x. de curationibus apostematū vesice.

Oportet in primis vt ex basilica sinistra fiat
phlōmia fm̄ vtutē. est. n. prima curationuꝫ
eius et melior eaꝝ: et festia si illic fuerit caliditas val
de vehemēs ad empl'a apocrustica spatio breui et n̄
superfluas in eis neq̄ꝫ prolongeris. illud nāq̄ꝫ noci
uuꝫ ē et indurat apa velociter: imo si iceperis à mol
lificatis qū nō fuerit aliquid quod ab illo prohibe
at ex sensu vehemēti erit melius qm̄ mēbruꝫ est ner
uosum. Et ꝓpter hoc vehemēs fit trāquilitas egri
ex vaporatōnibꝰ repercussiuis spatio breui factis va
porationibꝰ cū spōgiis et lana infusis i aqua in qua
decocta sunt lenitiua resolutiua et uesicis i quibꝰ suf
flatū ē splenis aqua calida ⁊ oleis lenitiuis subtilia
tiuis ⁊ propinquis eis q̄ iā sciuisti i caplo curatōis
renū. ⁊ cū hoc te subtilia ut iniitias si tolerat per siri
gam i primis quod sit sicut mucilago psilii i lacte a
sine: aut aqua ordei i lacte asi. qm̄ ē magis salua. Et
post illud lac asine ⁊ adeps. ⁊ post illud cassiāfistu
lam in lacte mulieris fm̄ ordinē quē scis fm̄ horas
apatis. Et qn̄ꝫ confert clisterizatio facta cum eis fꝫ
suos ordines. Et de emplis bonis pꝰ principium ice
ptionis ē illud qđ fit ex simila ⁊ sisamo excorticato
cū lacte ⁊ oleo viol. ⁊ oleo camemillio ⁊ similibꝰ. et
iteꝝ napi boni sunt. ⁊ iteꝝ sula clixata emplastrata
⁊ vaporata. Qđ si hebdomodā pertrāseat ⁊ appro
ximet status tunc adhibeantur farina fabaꝝ ⁊ semē
lini ⁊ camemilla cū triplicato. ⁊ silr descēdit p phlo
miā saphene ⁊ dilatate i admistratione resoluentiū
que sunt ex emplastris ⁊ vnguētis predictis in caplo
renū. Et qn̄ꝫ eges emplastro ex isopo ⁊ castoreo et
cera ⁊ proprie post narcotica. ⁊ scias ꝙ assiduatio
sessiōis eoꝝ in tina ē valde iuuatiua: ita ꝙ qn̄ adue
nit eis vrina tunc rectius ē vt mingant in ea. ¶ Et a
que tinearum eorum meliores sunt ille in quibus ē
mollificatio de illis que iā sciuisti multotiens. et qn̄ꝫ
ponuntur in eis aldarsisahan ⁊ ciperi ⁊ cordumeni
⁊ spica ⁊ amomum ⁊ squinantū cū fenugreco ⁊ se.
lini ⁊ sedant dolorem ⁊ apostema. ⁊ iste aque molli
ficatiue quas multotiēs sciuisti sūt sicut decoctio se.
lini ⁊ fenugreci. Et iterū aqua in qua decoqūtur na
pi ⁊ alhasce ⁊ caules. Et curatio quidē aldubellati
eius ē proxima curationi aldubellati renū: imo ne
cessariū ē vt sint medicine eius fortiores. ⁊ quidam
laudauerunt papa. al. pondus. ʒ. ii. ⁊. s. qđ detur in
potu in decoctione spice ⁊ squināti ⁊ proprie qn̄ sūt
difficultates vrine ⁊ dolor. ⁊ qum vehemēs fit do
lor ⁊ timetur mors non est excusatio a narcoticis li
nitis ⁊ suppositis. ¶ Epithimata vero sint sicut epi
thima factū ex hyusquiamo albo ⁊ mandragora ⁊
papauere confectis cū ole. aut sumatur quarta. ʒ. i.
opii dissoluatur i ole. viol. cū pauco croco ⁊ ibiba
tur pānus ⁊ supponatur in ano. Fortasse. n. inueni
et per illud tranquilitatē ⁊ dormiat loco eius. ⁊ qn̄ꝫ
admistratur đ eo aliquid i siringa si tolerat: ⁊ epithi
ma de opio exterius factum ē fortis stupefactionis.
potiones vero ⁊ reliqua curatio sūt curatio sirsen ⁊
birsen. ¶ Apa durū in vesica accidit a causis simili
bus causi apostematis duri in renibꝰ: ⁊ plurimuꝫ eꝰ
fit successione calidi ⁊ successione percussionis aut
casus: ⁊ qn̄ꝫ fit successione scissure. ¶ Signa: cū ea
fit difficultas vrine ⁊ egestionis simul: aut accidunt
ex ea accidētia duritiei renū ex retētōe fecis ⁊ stupe
factōes i cruribꝰ ⁊ agitatōe diuersa ⁊ debilitate ⁊ p
uentione ad hydropisim q̄ꝫuis fit super ventreꝫ ex

duritie renū. ⁊ inter ea quidē discernitur per locū in quo accidit grauitas: ⁊ illud cui accidit causa in pri mis. Curationes sunt eedē que sunt duritiei renū ex inunctione facta cū ole. calidis ⁊ euaporatōe cū cis: ⁊ dare i potu aquas in quib⁹ decocta sunt semi na diuretica cuꝫ melle ⁊ cassiafi. et admistratio tina rum ſm illuꝫ modū ⁊ ſm gradatōes illic predictas ⁊ ex eis que propria sunt ē vt admistrent illa olea ⁊ gūme in siringa. s. ejectorio vrine si possibile ē.

Capitulum. xi. de vlceribus vesice.

Quandoqꝫ fiunt a causis vlcerū notis quas iā narrauimus in. c. vlceꝝ pectinis ⁊ excori atione lapidis: aut excoriatione hu. cholerici. ⁊ qñꝫ fiunt pp apā: aut bothor que vlcerātur ⁊ in eo cui as sidue fit vrīa acuta succedūt vulnera ⁊ ulcera. Et sūt difficiliora plurimum q̄ꝫ ulcera renū: qm̄ sūt ulcera mēbri neruosi. Et ille cuius uesica disrupitur morit̄ ſm plurimum. q̄ꝑ si scindatur non incarnatur nisi ca dat in parte ptis carnose.

Ca. xii. de signis.

Iam diximus in. c. vlcerum renum differē tiaꝫ inter duo vlcera. Et diximus q̄ꝑ vlcera vesice faciunt difficultatē vrine ⁊ retinēt eā. ⁊ q̄ꝑ dolor eoꝝ est in loco pectinis ⁊ ilii ⁊ q̄ꝑ egredi unt̄ cum eis cortices albi aut grossi magni si sunt i vesica: aut tenues parui si sunt i meatib⁹: et alia que oꝫ te scire illic. Et signa que sunt in eo: imo totū si cut illud qd̄ dictū ē in capitulo renū. Et signū cōe i vlceribus renum ⁊ vesice ē mictus sā. ⁊ saniei paula tim ⁊ nō subito: deinde distinguuntur per ea quibus differunt. ⁊ signa quidē apertionis ⁊ scissionis ⁊ cor rosionis ⁊ similium vna sūt in ambob⁹ simul.

Ca. xiii. de curatione.

le pauco que colet̃ τ fūdatur sup eam q̃ztum totuȝ
eius ē de aqua maloꝝ τ q̃ztum ē decima ei⁹ de vino
odorifero τ potet̃ tepida. Aqua vō frigida q̄ nō
est valde vehemētis frigoris nō ē malum si in potu
detur eis si nō fuerit debilis aut aliq̄d ꝓhibens. Et
illd̓ ꝓhibēs: aut erit ap̄a sub hypocōdriis aut erūt
in corpe toto chimi putridi τ chimi crudi qui oīs
digōne indigent τ non apparet signū digestionis q̄
si appareat timor erit minor. Et silr̄ si fuerit ethica p
mutata ex sirsen aut birsen: nam cuȝ hac melius ē vt
interdicat̃ potus aque frigide q̃ȝ cum aliis. Ethica
ei qum superuenit egritudinibus destruentibus vir
tuteȝ mollificantibus eam arefacientibus ossa τ car
neȝ superuenit debilitati. Quȝ ergo cōiungit̃ ei sup
debilitatē post sumptionē aque frigide non morat̃
qn cadat in genus alteri⁹ ethice que cōicat huic ge
neri in siccitate τ diuersificat̃ ei in calore τ frigore τ
nominat̃ ethica senectutis τ ethica senii. Et illa qdē
est egritudo seua in qua innatus calor iaȝ destruct⁹
est. Et silr̄ aqua vltimi frigoris τ plurimi nocet eis i
omni dispōne τ corrumpit innatuȝ calorē mēbroꝝ
eoꝝ radicaliuȝ. Et fortasse festinat cum eis aut pmu
tat eos ad moduȝ alium ethice.

De succurrēdo dispōnib⁹ seq̄ntib⁹ ethicā Cap. viii.

De illis est syncopis: τ iaȝ diximus regimen
in hoc multotiens. Et de illis est fluxus
ventris. Et oȝ vt curet̃ τ succurrat̃ ei. Nam
in hoc est timor magnus. Et de curis eius in p̄mis
est vt sit aqua ordei eoꝝ aqua sauic: τ ponant̃ in aq̄
ordei eoꝝ miliū torrefactū τ gūmi aut lentes elixate
iterate aut lac decoctū cuȝ lapidibus aut cū igne so
lo donec consumat̃ eius aquositas τ proprie cū mi
lio. Et potent hos trociscos: ℞. boliarmeni. ʒ. v. ca
stanee torrefacte rosͨ. oīm añ. ʒ. iiii. spodii karabe am
boꝝ oīm añ. ʒ. iii. seminis acetosi excorticati grano
ruȝ berberoꝝ. Et det̃ in potu aqua piroꝝ in mane
τ apud somnum. Et det̃ in potu psiliuȝ torrefactum
τ silr̄ suffuf de spodio in quo est bdelliuȝ de mecha
est iuuatiuuȝ valde. τ si peruenit ad excoriationē cu
ret̃ excoriatio cum clisteribus que scis: qm̄ illud est
conueniens.

De ethica senectutis Capi. ix.

Currit consuetudo vt dicant ethicā senectu
tis post febreȝ ethicā: τ nos ēt incedamus
via cōsueta. intentio itaqȝ ethice senectutis
est dominiuȝ siccitatis sup ꝯplōneȝ absqȝ febre. Et
qñȝ fit cuȝ equalitate in calore τ frigore τ illud est sȝ
minus. Et qñȝ fit cū frigore τ nominat̃ hec dispō se
nectus τ ethica senii: qm̄ corpori accidit i hora senii
illud qd̓ accidit in illa hora de aldubul τ siccitate.
Et senes quideȝ sunt velocioris casus in ea q̃ȝ iuue
nes: τ inuenies velocioris casus in ea q̃ȝ pueri: licet
accidat in iuuenibus τ pueris. Et causa faciens ca
dere in eaȝ aut est frigus dominans cū debilitate cō
poris: quare prohibet virtutem nutritiuam ab ope
ratione sua integra sicut accidit iterum in fine vite.
Et de hoc capitulo est potus aque frigide nō in ho
ra sua aut super debilitatem corporis cuȝ febre aut

dispone aut successione exercitii resoluentis virtutē et aperientis poros et qd vocat ad attrahēdū aquas frigidā ad viscera subito: aut vapores frigidi qui ele uant ad cor et infrigidant cplones eius: aut caliditas que resoluit et liquefacit hūiditates quare caliditas innata debilitat et succedūt frigus et siccitas. Et qñ sequnt euones. Et qñ attrahūt hanc egritudinē sup fluitas in infrigidando patientes febres cū eis que bibunt et emplant. Et hec quidē egritudo qñ cō firmat non curat: et si esset ei ingenium esset morti in genius.

Et de signis Cap. x.

In istis vident signa aldubure et exiccatōis et nō videt in eis incensio et inflāmatio: imo fortasse inueniunt frigidi tactus. Et eorū pulsus non est sic pulsus hñtiū febres ethicas: imo est tardus paruus et rarus: nisi fortis fiat debilitas: qñ tunc incipit pulsus fieri frequens: et pprie in illis quibus aduenit hoc ex potu aque frigide. Et qñ est vrina eorū alba subtilis aquosa: et sunt in disposi tionibus suis sicut senes.

De curatione ethice senectutis Cap. xi.

Non adhibet hec cura nisi qñ nondum cōfir mata est et sperat qp non cōfirmet: et quum cō firmata est sperat vt postponat pditio par per. Et canon quidē in curatiōe eorū est calefactio et humectatio. Et ex humectatōe sunt balnea sm q̄ sciuisti q non admistrent nisi post digestionē: nā si ipsa admistret successione comestionis faciūt cadere virtutem. Et clisteria facta ex capitibus et pedib9 et cicere cōtrito et ficubus cū melle et camemilla de q° admistret q̄ntitas medie libre cum. ℥. ii. olei sisamini et aliquātulo olei de ben. et admistret fricatio super cibationē. Et lac coctū cū lapidibus est vehemētis iuuamenti eis. Et mel est vltimū in iuuamento eorū sicut est vltimū in nocumento hñtiū febrē ethicam Et omnis cibus humectans facilis penetrationis velocis descensionis in quo non est viscositas sicut aqua carnis et vitelli ouorū sorbiliū et vinū subtile odorifer parue q̄ntitatis est vehemēter cōueniēs eis Et oportet vt obseruet humectatio predicta in capi tulo ethice et misceat cū ea qd calefaciat ex odorib9 et emplis et vnctionibus fricando et cibis aliis.

Tractatus quartus de febribus pestilentialibus et que sunt homogenea et variolis et morbillo.

Capitulum pmū de febre pestilentiali.

Quandoq accit aeri qd docui mus te in li. vlium sicut accidit aque de alteratione in q̄li tate sua ad colorē et frigus et de alterati one in natura sua ad pfundationē et pu tredinē sicut pfundat aqua et fetet et putrefit: et sicut aqua non putrefit vllo mō pp suā simplicitatē: imo pp̄ter illud qd admiscet ei de vaporibus malis qui pmiscent ei et accidit toti qualitas mala. Et qñ ē illud causa ventorū deferentiū ad locū bonū fūos malos ex locis fetidis in quibus sunt valles pfunde et corpora exiccata in plio aut occisa nō sepulta nec tumulata. Et fortasse est causa ppinqua loco i quo uenit. Et qñ accidunt putredines in interiorib9 ter re propter causas quarum euentus ignorat et noce re faciunt aquam et aerem. Et febres quidem ac cidentes causa aeris sicci: fiunt iterum causa vt eue niant febres cholerice. Pestilentiales vero fiunt ex aere turbido et humido: et febres i aere humido sūt pluris euentus: sed sunt minoris acuitatis et longio ris spatii. In estate vo sicca pauce pluuie sunt mino ris euentus et maioris acuitatis et velocioris separati onis. Et meliora tpa sunt que seruant mām suā. Et principiū oīm horū sunt forme ex formis celi faciē tes esse necessariū illud cuius aduentus ignoratur licz sint quidā qui dixerunt in eo aliquid non ppor tionatū ad cām eius: imo os vt scias qp causa prima lōginqua ad illud sunt figure celestes et ppinque di spones terrestres. Et qñ faciunt necessario virtu tes agentes celestes: et virtutes patientes terrestres humectationē vehementē aeri expellunt vapores et fumi ad ipm et spargunt in ipso et putrefaciunt eū cū caliditate debili. Et qñ fit aer sm hunc modū venit ad cor: quare corrumpit cplonē spūs qui est in ipo et putrefit qd circundat ipsum de hūitate: et accidit caliditas egressa a natura et spargit in corpore: tunc per cām suā erit febris pestilentialis. Et cōicat mul titudini hoium qui iterū habent in seipsis pprietatem pparationis. Agens ei solū quū peruenit et pati enti non est preparatio non accidunt actio et passio. Et pparatio corporū ad illud in quo sumus de pas sione est vt sint plena humoribus malis: nā mūda non forsitā patiunt ex illo et corpora debilia iterū patientia sunt ex ea sicut illa que multiplicant coitū et corpa dilatatorū pororū hūida multe balneatōis.

De signis febris pestilentialis Cap. ii.

Hec febris est quieta exterius conturbans i terius sm plin perdens. Ex qua pcipit cali ditas et inflāmatio fortis. Et est cum ea ma gnitudo anhelitus et eius exaltatio et constringitur multū et curat multū et freq̄ntat: Et vehemētia sitis Et siccitas lingue: Et qñ fit cū nausea aut casu ap petitus. et si non resistit ei cū comestione violenter in terficiet eū: Et dolor oris stōi: Et magnitudo sple nis: Et angustia vehemens: Et inquietudo: Et for tasse erit tussis sicca: Et casus virtutis: Et peruenit i ea ad syncopiz: Et cōmixtionē rōnis: Et tendit qd ē sub hypocondriis: Et fiunt cū ea vigilie: Et mol lificatio corporis: Et tepor. Et qñq accidit cum ea bothor subalbida et rubea: Et qñ est velocis occul tationis: Et accidunt cola et vlcera: Et fit pulsus sm plin frequens puus: et fit vehemens sm plin i nocte Et qñ accidit eis dispō sicut hydropisis: Et fluxus vētris chole et aliorū: Et est egestio eius lenis feda ñ naturalis. Et qñ est melica et plz eius est spumosū fetidū: et est in illa aliquid de genere eius qd liquefit Et est vrina aquosa cholerica melica: Et multotiēs euomunt meliā: cholā vo post illam: Et sudāt su dore fetido. Et hec quidē febris incipit cū acci dentibus pdictis cū fortitudine sua: Et venit res ei9 ad syncopim: Et frigus extremitatū: Et spasmum: Et alcuzea. Et qñ est de his febribus pestilentia libus in qua percipit eger: nec tangens propinque multitudinē caloris: et non alterat pulsus et aq̄ ma gna alteratione: et cū hoc ipsa est interficiens veloci ter et hesitant medici in esse eius. Et plm quorū anhelitus fetet ex istis et ex pmis moriunt: nam pu tredo est iam confirmata in corde.

De signis pestilentie aeris Ca. iii.

De illis q significat pestilētiā et de rebus que currūt cursu cāz ē vt multiplicent rhoioni et asubub in pncipiis autūni et inebulnā indi cat pestilentiā indicatōe cause. Et qñ multiplicat

auster ⁊ subsolanus ī kenif diebus aliquot. Et quo
tiens videris turbiditatē aeris ⁊ nebulositatē eius ⁊
existimaueris pluuiam ⁊ inueneris acrem vacuum
siccuꝫ ⁊ non pluit: tūc scias ꝙ ꝯplo hyemis erit cor
rupta. ¶ Pestilentiā aūt estiuā malignā malā signi
ficat paucitas pluuie in vere cū frigore: deinꝺ multi
plicat̃ auster ⁊ cōturbat̃ aer aliquot diebus: deinde
clarificat̃ post hebdomadaꝫ vnā non supra: ⁊ accit
frigus in nocte. in die calor est vehemēs ⁊ p̄focatio ⁊
conturbatio ⁊ caliditas: tunc iam venit pestilētia ⁊
expectant̃ febres pestilentie ⁊ variole ⁊ his silia. Et
silr̃ qñ estas non est vehementis caloris: ⁊ est vehem̃
tis cōturbationis hñs matutina alterata: ⁊ iā p̄terie
runt in atūno asubub ⁊ ignes ⁊ vehiziꝫ ⁊ alia est si
gnū pestilentie ⁊ alioꝝ. ¶ Et silr̃ qñ videris aerē alt̃
ari in die vno multis vicibus: ⁊ clarificat̃ aer die ali
quo ⁊ orit̃ sol clarus: ⁊ conturbat̃ die alio ⁊ oritur ī
velaminibus nebule que est vt puluis: tunc iudica
ꝙ pestilentia accidet. ¶ Signa āt q̄ sunt ſm semitaꝫ
societatis cause sunt: v̄bigr̃a videas ranas iaꝫ multi
plicari: ⁊ videas reptilia generata ex putredine iam
multiplicari. Et de eis que significant illud est vt vi
deas mures ⁊ aialia que habitāt sup terra fuger̃ ad
superficiē terre ⁊ exire manifeste: Et videas aīalia
male nature sicut alakaliki ⁊ eis silia fuger̃ ex nidis
suis: ⁊ ire ab eis: ⁊ fortasse dimittunt oua sua.

¶ De curationibus febriuꝫ pestilentialiū Ca. iiii.

Summa curatiōis eaꝝ est exiccatio: ⁊ illud
cū phlōmia ⁊ solutione ventris. Et oꝫ vt in
cipiat̃ in ea ad euandū. Si aūt mā̃ vincēs
fuerit sanguinea fiat phlōmia: ⁊ si fuerint humores
alii euentur. ¶ Et oꝫ vt infrigides domos eoꝝ: Et re
ctifices aeres ipsaꝝ domoꝝ aut ifrigidatio fit vt val
lent̃ fructibus odoriferis frigidis ⁊ extremitatibus
arboꝝ frigidaꝝ ⁊ linimentis ⁊ rorationibus vel de
libutionibus sumptis ex fructibus frigidis odorife
ris: ⁊ ex canfora ⁊ aqua roſ. ⁊ sandalis. Et roret̃ do
mus eoꝝ omni die aliquotiens: ⁊ ꝓprie cū aqua ro.
⁊ de salicibus ⁊ nenufar̃: ⁊ si fuerint in domo mana
tiones ⁊ rorationes aque erit meliuſ. Aeris v̄o recti
ficationeꝫ dicam. Et admistrent̃ eis trocisci de cāfo
ra ⁊ robub frigida ⁊ aqua lactis acetosi ⁊ lac aceto
suꝫ ablato butyro ⁊ aqua roſ. in qua dissolutuꝫ est
seruꝫ acetosuꝫ bonuꝫ: ⁊ acetuꝫ cuꝫ aqua iteruꝫ. ⁊ aq̄
frigida plīma subito est iuuatiua valde: pauca autē
cōsequenter exhibita fortasse excitat caliditatem.
¶ Quod si res ꝓlonget̃ ad hoc vt tendant̃ hypocon
dria ⁊ infrigident̃ extrema ⁊ ꝓlongent̃ vigilie ⁊ per
mixtio mentis ⁊ vides pectus ⁊ qꝺ est super ipsum
eleuari ⁊ descendere: tunc necesse est administrare re
gimen trahens caliditatē exteriuſ. Et qñ cadit appe
titus restaurent̃ ad comestionē: nam plīmi eoꝝ qui
viriliter agunt sup illud ⁊ comedūt violenter absol
uunt̃ ⁊ viuunt ⁊ necesse est restaurare eos sup cibuꝫ
Et oꝫ vt sint cibi eoꝝ ex acetoſ ⁊ desiccatiuis: ⁊ sint
pauce q̄ꝫtitatis. Cibi nāqꝫ eoꝝ sunt iteꝝ mali qr̃ no
cet eoꝝ multitudo inq̄ꝫtū sunt mali. ¶ Rectificatio
nis aūt pestilentie pars est ſꝫ sanos qui sunt in ea ⁊
ps eius est ſm sanos ⁊ egros. ¶ In illa v̄o que est
ſm sanos intentio est vt exiccet̃ aer ⁊ fiat boni odo
ris ⁊ ꝓhibeat̃ eius putredo cū quacūqꝫ re sit ⁊ recti
ficet̃ cū xyloaloe crudo ⁊ ambra ⁊ ture ⁊ muscho ⁊
costo dulci ⁊ storace ⁊ sandaraca ⁊ assa ⁊ gariofilis
⁊ mastice ⁊ glutino alboti ⁊ laudano ⁊ melle ⁊ cro
co ⁊ būchuꝫ ⁊ cupresso ⁊ iunipero ⁊ alusnē ⁊ lauro
⁊ ciperis ⁊ sgnāto ⁊ sauina ⁊ acoro ⁊ galia ⁊ amig
dalis amaris ⁊ assaro. ⁊ qñꝫ fiunt ex istis cōposita.
⁊ aspergat̃ domus aceto ⁊ assa. ¶ Scd̃m sanos v̄o
⁊ iteꝝ febricitantes ⁊ egros est suffumigatio cū san
dalis ⁊ canfora ⁊ corticibꝰ granatoꝝ ⁊ myrto ⁊ mal
⁊ cydōiis ⁊ hebēo ⁊ allegi vl̃ alkekēgi ⁊ tamarisco
⁊ ribes. Et oꝫ vt multiplicet̃ suffumigatio.

¶ De preseruatōe pestilentie Ca. v.

Oportet vt extrahant̃ a corpe hūiditates sr̃
flue. Et inclinet̃ regimen eius ad exiccatiōꝫ
ex omni mō ⁊ ex minoratiōe cibi nisi exer
citio. oꝫ ei vt nō admistret̃ nꝫ balneū nꝫ vina nꝫ tole
ret̃ sitis. Et rectificet̃ aer cū eis que diximꝰ. Et decli
net cibus ad acetosa ⁊ minoret̃ ex eo. Et sit caro q̄
admistrat̃ decocta in acetosis. ⁊ sumat̃ de alhebel ⁊
alcharis ⁊ almosos factis cū aceto ⁊ absqꝫ aceto cū
sūac ⁊ aqua acreste ⁊ aqua limōis ⁊ aqua granato
ruꝫ. Et cōdita in aceto iuuatiua sunt ⁊ ꝓprie cappa
ris aceto cōdita. Et algeleniabi ex illis est q̄ ꝯserūt
⁊ ꝓhibent ab eis putredineꝫ. Et de illis quibꝰ ex ea
fit euasio est admistratio tyriace ⁊ mithridati añ eaꝫ
cū reliquo regimīe bono. Et de medicamīe facto ex
aloe ⁊ croco ⁊ myrrha sumat̃ omni die circiter. ʒ. i.
qm̃ est iuuatiuum. ¶ De variolis Ca. vi.

Quandoqꝫ accidit in sanguine ebullitio ſm
semitā putredinis cuiusdaꝫ de genere ebul
litionū que accidūt succis. ⁊ talia quideꝫ ac
cidentia fiūt p eā ita vt ptes eoꝝ ab inuicē discernā
tur. ¶ Et de hoc est cuius cā est res q̄si nālis faciēs
ebullitionē sanguis qr̃ putrefit ab eo illud qꝺ admi
scet̃ ei de reliquiis nutrimti sui mēstrualis qꝺ est in p̄
gnatione: aut generat̃ in ea post illud ex cibis feculē
tis ⁊ malis de illis que rarificant ſbam eius ⁊ faciūt
eaꝫ ebullire donec fiat ei ſba recta fortior p̄ma: ⁊ ma
gis apparēs sicut illud qꝺ nā̃ efficit in succo vue: ita
ꝯrectificat ipm faciendo vinū silis ſbe ⁊ iā putruit
spuma aerea ⁊ fex terrena. Et de hoc est cuius cā ē
res adueniēs extrinsecus ebullire faciens occulta q̄
ꝑmiscet hūores cū sanguine ꝯmixtione existe in di
spōne ebullitōis ⁊ stationis sub sole sicut accidit ap̄
alterationē tp̄is ⁊ ꝓp̄e veris ab eo qꝺ ptinet ei de q̄li
tatibus ⁊ ordine. ¶ Et variole qdeꝫ ⁊ morbillus sr̃
de sūma egritudiuꝫ aduenientiū ⁊ multiplicāt̃ i suc
cessione austrinoꝝ qñ multiplicat̃ eoꝝ pflatio. ¶ Et
corpus quidē varolis p̄patuꝫ est illud qꝺ est calidū
⁊ humidū ⁊ ꝯturbate hūiditatis ꝓp̄e qꝺ paꝝ extra
hit de sanguīe p phlōmiā. ¶ Et de cibis sunt cibi q
faciunt cadere in variolas velociter: ⁊ ꝓp̄e qñ nō sūt
ꝯsueti. Et administrant̃ sup eos medicine ⁊ cibi calefa
cientes sicut lac: ⁊ ꝓp̄e camelaꝝ ⁊ equaꝝ qū multū
replet̃ ex eis ille qui non assuetus est eis: deinde bi
bit vinuꝫ plīm aut medicinas calidas. ¶ Et variole
quidē sūt q̄si mōus qdā criſ. Et plīm qdē accit vari
ole infantibus: deinde iuuenibus ⁊ minorat̃ eaꝝ euē
tus in senibꝰ nisi ꝓpter cās fortes ⁊ in regionibꝰ vehe
mentis caliditatis ⁊ hūitatis. Et eaꝝ euentus in cor
poribus hūidis est plus q̄ꝫ sit ipaꝝ euētus in corpo
ribus siccis. Et eaꝝ euētus in vere plus est q̄ꝫ ipaꝝ
euētus in hyeme. Et post ver in fine atūni ⁊ ꝓp̄e qū
p̄cedit estas cal̃a ⁊ sicca ⁊ fūit ille atūnus calidus ⁊
siccuſ. ¶ Et variole nō accidūt in cute soluꝫ ⁊ in eo
qꝺ sequit̃ illud quod apparet: imo accidunt in oībꝰ
membris similium partium apparentibꝰ ⁊ occultis

ita ꝙ velaminib⁹ ⁊ neruis. ¶ Et qñ apparẽt variole faciunt incurrere pruritũ: deinde apparent res sicut capita acuũ silia milio: deinde egrediunt̃ ⁊ implent̃ sanie: deinde euãnt̃ ⁊ fiunt cruste diuersoꝝ coloruȝ: deinde cadũt. Et fortasse pmutant̃ variole ad phlegmonez ⁊ essere ⁊ ad dubeilati que aggregat saniez Et plin quidez qũ apparent hñt colorez phlõnis: veꝝtñ qñȝ egrediunt̃ fm colores diuersos cineritie ⁊ violatie ⁊ nigre. variole eiȝ sunt spẽs ⁊ colores: nã de eis sũt albe ⁊ de eis sũt citrine ⁊ de eis sunt rubee ⁊ de eis sunt virides ⁊ de eis sunt violacee ⁊ de eis sunt ad nigredinẽ decliues. Et virides quidez ⁊ violacee sũt male ⁊ q̃to plus addit̃ declinatio ad nigredinẽ tanto est deterius: ⁊ q̃to plus sunt decliuiores ad illud tanto plus sunt decliuiores ad malitiaȝ. Et albe quidẽ sunt meliores: ⁊ ꝓpꝰ qñ sunt pauci nũeri magne q̃titatis facilis exit⁹ pauce angustie debilis febris: ⁊ vides febrez minui cũ earuȝ apparitione ⁊ ipsaꝝ egressione: ⁊ est pncipiuȝ exitus eaꝝ in tertio ⁊ qd̓ ei approximat. Et post illas sunt albe magne plis numeri ꝓpinque absq̃ cõtinuatione: nã ille q̃ ꝯtinuant̃ ad inuicẽ: ita vt ꝯtinuant̃ in frusto magno carnis hñtes latera aut rotundã formã sũt male. Et silr itez duplices magne in ventre vnius quaruȝ est variola alia. Albe vero parue dure ꝓpinque difficilis exitus lȝ faciant existimari in pncipio rei salutẽ: tñ timet̃ i eis ꝙ difficilis fiat eaꝝ maturatio ⁊ fiat cũ eis mala dispõ egri ⁊ perueniat p eas ad pditionem qm̃ cã in eis est grossitudo materiei. ¶ Et de spẽb⁹ malaꝝ timorosaꝝ que plerũq̃ interficiunt sunt ille q̃ꝝ diuersificat̃ egressio: nã qñȝ apparent ⁊ qñq̃ occultant̃ ⁊ ꝓpꝰ qñ apparent violacee: ⁊ silr tenaces q̃ruȝ opatio nõ cessat a debilitate virtutis ⁊ viridificatione mẽbri ⁊ nigrificatiõe eius pdũt. Et si viriditas ⁊ nigredo quib⁹ succedit resudatio nõ faciunt cader̃ virtutẽ: imo addit̃ cũ eis virtus nõ sunt mortifere: sȝ fortasse cadere faciunt in vlcera ⁊ que currunt cursu eoꝝ. ¶ Et vt sit se. deinde variole saluius ẽ q̃ȝ vt sint variole pcedentes: deinde ꝯsequat̃ eas ⁊ accidat sup eas febris. ¶ Et illud quidẽ qd̓ plm cõsiderar̃ opȝ in esse patiẽtis variolas est ei⁹ anhelit⁹ ⁊ ipius vox: nã ipa duo qũ remanẽt bona ẽ res salua: Et qũ videris anhelitũ patiẽtis variolas ꝯsũtem ⁊ silr patientis morbillũ tũc existima casũ ṽtutis aut apã diaphragmatis: deĩde qũ vides sitĩ vehemẽtẽ fieri et ãgustia assiduat̃ ⁊ ea q̃ appẽt ĩfrigidant̃ ⁊ variola ⁊ morbillus virides fiũt tũc iã pcipit̃ eger mori ⁊ festinat illõ si variole fuerit ð genere eaꝝ quaꝝ egressio ⁊ apparitio tardant̃. Et plĩmi eorũ q moriunt̃ per variolas moriunt̃ prefocati ex sinãtia. Et qñq̃ moriunt̃ per casum virtutis cũ rasura intestinorũ ⁊ fluxu ventris Et qũ videris violaceas de variolis ⁊ morbillo ꝓfundari: tũc scias ꝙ superueniet egro syncopis. ¶ Et qñ festinat ad mingendũ sanguinẽ ⁊ succedit ei vrina nigra: tunc est mortiferꝝ p̃cipue: qñ est illic casus virtutis. ¶ Et fluxus ventris viridis sãguineus aut lotiuus nõ cuȝ casu virtutis ⁊ albumera est aliquid ð variolis ⁊ morbillis. ¶ Et multotiens qdẽ variolatur homo duabus vicibus qñ aggregat̃ mã ad expellenduȝ bis. ¶ Et coloris plumbini sunt variole quaꝝ borbor in facie ⁊ pectore ⁊ ventre sunt plus q̃ȝ in cruribus ⁊ pedibus ⁊ sunt male ⁊ significant materiaȝ grossaȝ que non expellit̃ ad extremitates.

¶ De signis apparitionis variolaꝝ. Cap. vii.

Quandoq̃ antecedunt apparitionez variolaꝝ dolor dorsi: Et pruritus nasi: Et timor in somno: Et punctio vehemens in mẽbris corporis: Et grauitas cõis: Et rubedo in colore faciei ⁊ oculi: Et lachryme: Et inflãmatio: Et multitudo alicuȝ: Et saltus cum cõstrictione anhelitus: Et raucedo vocis: Et grossitudo sputi: Et grauitas capitis: Et dolor capitis: Et casacã: Et exiccatio oris: Et ãgustia: Et dolor in gutture ⁊ pector̃: Et tremor pedis apud resupinationez ⁊ declinationẽ ad ipsaȝ: Et cuȝ hoc toto febris conclusa.

¶ De morbillo Ca. viii.

Scias ꝙ morbillus omnis est variola cholerica: Et non est differentia inter ea ãbo in plimo reliquaꝝ dispõnuȝ nisi qꝛ morbillus est cholicus: ⁊ qꝛ ipse est minoris q̃titatis ⁊ q̃si ipse non pertransit cutẽ: ⁊ non est ei altitudo de q̃ curet̃: proprie i pncipio sui. Variole ṽo in pncipio sue apparitionis est eminẽtia ⁊ altitudo ⁊ morbillus ẽ minor variolis ⁊ minus accidit oculo q̃ȝ variole. ¶ Et signa apparitionis eius ꝓxima sunt signis apparitionis variolaꝝ: veꝝ lachryme in eo sunt plures ⁊ angustia ⁊ inflatio vehementior ⁊ dolor dorsi minor: qm̃ causa eius in variolis est replõ sanguinea ⁊ extẽdens venaȝ positaȝ super dorsuȝ: naȝ generatio variolaꝝ est ꝓpter multitudinem sanguinis corrupti: ⁊ morbilli ꝓpter vehementiã malitie sanguinis corrupti pauci. ¶ Et morbillus fȝ plm egredit̃ subito ⁊ variole aliquid post aliquid.

¶ De signis salutis eius Cap. ix.

Sunt sicut signa salutis variolaꝝ: nã ille qui est velocis ꝓcessionis ⁊ apparitionis ⁊ maturationis est salus: et durus ⁊ viridis violaceus est malus. ⁊ qui est tarde maturationis frequentis syncopis ⁊ angustie est pernitiosus. Et qui occultat̃ iteꝝ subito est malus faciens syncopim.

¶ De cura Cap. x.

Oportet in variolis vt incipiat̃ ⁊ extrahat̃ sanguis sufficient̃ qũ cõditiões fuerĩt ⁊ silr si morbillus fuerit in replõne sanguis ⁊ spatiuȝ illius est vsq̃ ad. iiii. Sȝ qñ ꝓcedunt variole ñ oȝ tunc vt admĩstret̃ phlõmia: nisi inueniat̃ vehemẽtia replõnis ⁊ dñium materie: tunc ei phlõmet̃ q̃titate que exiccet. ⁊ ꝯuenientius quidẽ qd̓ in hac administrat̃ egritudine est phlõmia. ⁊ si phlõmet̃ vẽa nasi confert iuuamentũ fluxus sanguinis narium ⁊ tuent̃ ptes superiores a malitia variolaꝝ ⁊ est facilis super infantes. Et qũ necẽa est phlõmia ⁊ nõ phlõmat̃ iteꝝ ꝯplete timet̃ sup ipȝ corruptio extremitatis Et silr timet̃ qñȝ siħe illi sup illũ cuius assiduat̃ extinctio ⁊ venter soluit̃. Et oȝ vt fiat in eis cibatio in primis cũ eis in qbus est confortatio cuȝ repercussiõe ⁊ extinctione absq̃ constrictõe nature ⁊ inspissatõe sanguis sicut qd̓ fit de iuiubis cũ tamarindis ⁊ cassiafi. ⁊ cũ eo qd̓ fit ex dactilis ĩmaturis ⁊ ex lentibus ꝑparatis ⁊ issidebegi ⁊ lenificatio vehemens. ⁊ silr oȝ vt sint cũ istis tamarindi ⁊ q̃ eis ꝯueniũt. Et cib⁹ factus ex cucurbita ⁊ melõ alrakin: imo oȝ vt sit nã lenis in principio: ⁊ sit intẽtio in eis quibus lenit̃ tamarindi. Et si non obedit cum eis addit̃ super eos siracost cuȝ facilitate ⁊ cautela ⁊ tereniabi aut ĩfusio prunoꝝ. Et ꝯfert qñȝ si i potu det̃ in pncipio appitionis vestigioꝝ variolaꝝ põd⁹. ʒ. iii. de rob dactiloꝝ siluestriũ cũ vno de trociscis cãforatis ⁊ sirupus de

dactilis imaturis est vehementis iuuamenti in hui⁹
mōi horā. ¶ Qn̄ ergo ptransierit egritudo diē scd̄z
⁊ incipiunt variole appere: tūc fortasse erit infrigida
tio causa erroris magni ex eo ꝙ retinet superfluita
tez interius ⁊ delatiōe eius super mēbra p̄ncipalia
⁊ fortasse non fit eis posse pcedere ⁊ apparere. Et ac
cidit inqetudo ⁊ angustia ¶ Et fortasse accit nausea
imo oꝫ vt iuuent̄ superfluitates i h⁹i dispōne cū eis
q̄ faciūt ebullire ⁊ aperiūt oppilatōes sic̄ feniculū ⁊
apiū cū zuccaro ⁊ succus eoꝝ aut decoctio radicū
⁊ seiuz: ⁊ fortasse odorat̄ aliqd de croco. ⁊ aq̄ ficuū
est bona valde. ficus ei sunt vehemētis expulsiōis ad
exteriora: ⁊ illud est vna de causis euasionis a nocu
mento eaꝝ. ¶ Et de illis q̄ ꝯferūt valde in h⁹modi
hora ē vt sumat̄ lacce ablute. ʒ. v. lētiū excorticatarū
ʒ. vii. dragagāti. ʒ. iii. deinde coquant̄ cū lb. s. aq̄ vsꝫ
quo remanet q̄rta. lb. vni⁹ ⁊ det̄ in potu. Et de illis
que sunt vehementis iuuamenti ad faciendum ape
rire variolas est vt sumant̄ ficuuz citrinaꝝ. ʒ. vii. len
tiū excorticataꝝ. ʒ. iii. lacce. ʒ. iii. dragagāti: se. fenicli
añ. ʒ. ii. ꝺcoquant̄ cū. lb. s. aq̄ donec remaneat ex ea
fere tertia ⁊ colet̄ ⁊ det̄ in potu de ea: expellit ei cali
ditatē a ptibus cordis ⁊ phibet pulsuz cordis. ¶ Et
oꝫ vt nō approximet ei in hac hora oleū aliqd̄ oio.
Et oꝫ vt regat̄ ⁊ elōget̄ ab aere frigido ⁊ ppe i hye
me: ⁊ fiat cū illo illud qd̄ fit cū sudante: frigus enim
oppilat poros ⁊ redire facit materias retro. Et mul
titudo potus aque frigide cū niue ⁊ introitus in do
mo venti mala sūt valde. Et fortasse phl'omia ē ma
la ppea ꝙ expellit ⁊ cōuertit illud qd̄ pcedit quare
caueat̄ post duos dies aut tres. ¶ Et qn̄ accidit ex
cooptura ⁊ calefactione q̄si syncopis: aut accit syn
copis: tunc necessariuz est regimē aeris qui attrahit̄
⁊ reuertit̄ ad odores canfoꝛ ⁊ sandaloꝝ: ⁊ si n̄ fuerit
excusatio qn detegat̄ corp⁹ domui venti aut aeri fro
paulati fiat. ⁊ silr qn̄ adiutoriuz est cum calefactiōe
aut dimissione infrigidationis. Et qn̄ incipiunt exir̄
⁊ nō inuenit̄ cū exitu eaꝝ aleuiatio: imo inuenit̄ cali
ditas inflata ⁊ lingua ad nigredinē decliuis: tūc ca
ue ne calefacias. Et oꝫ vt tu alienes ab habentibus
variolas ⁊ morbilluz emplōnez ventris. in hoc eni
est timor constrictionis anhelitus subito: ⁊ ꝙ accit
fluxus vētris malus ⁊ mictus sanguis. Et in fine ei⁹
oꝫ vt ꝯseruet̄ nā ⁊ cibet̄ loco lentiū sicut sunt lentib⁹
elixatis duob⁹ elixationib⁹ cuꝫ renouatione aque ⁊
loco lentium almazar cum tamarindis ⁊ lentibus
f'ris acetoſi ⁊ aqua ḡnatoruz ⁊ sumac ⁊ acresta ⁊ his
silibus. ¶ Medicine āt ingrossantes sanguinē ⁊ in
f'antes eū ⁊ phibētes eū ab ebullitiōe que in initio
p̄cipiunt̄ sunt sicut rob ribes ⁊ acresta ⁊ aq̄ fructuū
f'roꝝ ⁊ sirupus alcori proprie ⁊ sirupus altelea ⁊ si
rupus de iumar. Et sirupus quidē alcori hꝫ descri
ptōes plures quas dixim⁹ in antidotario: ⁊ dicem⁹
hic descriptōꝫ fortē mirabilez: ⁊ est illa que fit cū aq̄
lactis acetosi iterati ⁊ virtus eius est vehemēs valð
Descriptio hec est: Sume rob alcori ptes. ii. si aūt n̄
fuerit tibi pn̄s: accipe alcori ⁊ fac serrare ip̄m: ⁊ acci
pe serraturam eius aut mole ip̄m ⁊ misce molitum
eius cum medietate sui de sandalis in aceto distilla
ta aut in aqua acreste pure diebus aliquot: deiñ de
coquat̄ in eo decoctōe cū facilitate cū lōgitudie do
nec dissoluat̄: deiñ exprimat̄ ⁊ sumant̄ ð succo: ⁊ q̄ꝫ
to accetū aut aqua acreste est plus tāto ē melius. de
inde sumat̄ aq̄ adog abstracto butyro mūdificata a

sua caseitate adog aut cū colatōe vltima q̄ fit dimit
tendo residere aut cū decoctione sicut ē decoctio a
que casei donec separet̄ aquositas: deide sumat̄ fari
na ordei: ⁊ fiat ex ea ⁊ aqua lactis acetosi foca: ⁊ fiat
acetosuz illud foca: deinde colet̄ postea sumat̄ illud
foca: ⁊ sit in eo de subtili aq̄ or. ⁊ fiat acetosuz. ⁊ q̄ꝫto
plus iterat̄ tāto ē melius. Sumant̄ g° de eo ptes. v. ⁊
sumat̄ aq̄ piroꝝ de sceni ⁊ aq̄ cydonioꝝ acetosorū
plume aque ⁊ aqua granatoꝝ acetosoꝝ ⁊ aq̄ pomo
ruꝫ acetoꝝ plime aq̄ ⁊ aq̄ alzarur ⁊ aq̄ limōis ⁊ aq̄
prunoꝝ acetosoꝝ ⁊ aq̄ dactiloꝝ in p̄mis qū incipiūt
appere exp̄ssoꝝ ⁊ aq̄ alcori recentis ⁊ aq̄ moroꝝ de
sceni q̄ n̄ maturant̄ integre ⁊ aque chrysomiloꝝ im
maturoꝝ ⁊ acetosoꝝ ⁊ succi acreste ⁊ succi ribes ⁊
succi p̄putioꝝ vitis ⁊ succi rose psice ⁊ succi nenufa
ris ⁊ succi viol. oīm añ. tertiā ptis vnius ⁊ succi ace
tositatis citri ⁊ succi acetositatis citranguli añ. duas
tertias ptis vnius: succi coriandri ⁊ lactuce ⁊ folioꝝ
papaueris hūidi ⁊ ēdiuie ⁊ portulace añ. q̄rtaꝫ ptis
vni⁹: succi folioꝝ salicū folioꝝ maloꝝ ⁊ folioꝝ piro
ruꝫ ⁊ folioꝝ alzarur ⁊ folioꝝ ro. ⁊ folioꝝ v̄ge pasto
ris añ. q̄rtā ptis vnius: succi herbe hirci ⁊ ro. siccaꝝ
⁊ nenufaris sicci ⁊ succi berberis sicci: ⁊ se. endiuie ⁊
seminis lactuce ⁊ balaustiarū ⁊ nenupharis añ. me
dietatē decime partis vnius ⁊ succi mēte hūide sex
tā ptis vnius ⁊ succi berberoꝝ hūidoꝝ medietatez
partis aggregentur medicine ⁊ succi ⁊ ꝯponant̄ sr̄
ignez ⁊ ponant̄ in eis de lentib⁹ ptes q̄ttuor ⁊ de or
deo excorticato ptes. ii. ⁊ de sumach partes. iii. ⁊ de
granis granatoꝝ ptes. iii. ⁊ decoquāt̄ oia ad ignem
donec remaneat medietas: deiñ dimittat̄ donec isri
gidet̄: ⁊ ꝯfricet̄ fortiter ⁊ colet̄ ⁊ sūat̄ de cāfora ad oē
pōdus. ccc. ʒ. pondus aur. i. ⁊ terat̄ canfora ⁊ pulue
rizet̄ sup radicē cucurbite: aut kimie: ⁊ fundat̄ super
ea medicia cū facilitate: deiñ liget̄ caput eius cuꝫ re
vehementis fortitudinis: deiñ ponat̄ sup pruñas do
nec sciat̄ ꝙ forsitan feruet: ⁊ ꝯcutiat̄ ⁊ ponat̄ in vitre
ata ⁊ stringat̄ caput eius vt nō perdat̄ cāfora ⁊ lutet̄
⁊ dosis eius sit vsqꝫ ad. ʒ. x. Et de hoibus ē q ponit
in ea spice ⁊. ʒʒ. ⁊ seis feniculi ⁊ anisi ⁊ ciperi ⁊ pipis
ptes equales s'm q̄ꝫtitatē q̄ ei videt̄. Et qn̄ egrediunt̄
variole cū cōplemento ⁊ ptransit septimus ⁊ appet
in eo maturatio: tunc necesse ē vt rūpāt̄ cū acub⁹ de
auro ⁊ auferat̄ hūitas cū cotto. ¶ Salitio aūt nec̄ia
est ⁊ qū volueris salire: tūc elōga salitionē ab eis q̄s
erupisti de magnis doloroſi ex ppinquo: illud ei fac
dolorē: imo sali illas que sūt p̄ter eas: ⁊ dimitte clau
dens cū eo viā orificioꝝ suoꝝ donec sugant salē suū
⁊ non saliāt̄ añ ꝯplementū maturatiōis: illud eiꝫ for
tasse faciet accider̄ dolorē vehemētē ⁊ apa. Et salitio
quidē est res que est nec̄ia postq̄ꝫ maturāt̄. ⁊ illud q
deꝫ fit cū aqua salis in q̄ ē v̄tus croci. Et si aq̄ illa est
aqua ro. tunc est melius. Et aqua in qua decoqunt̄
tamariscus ⁊ lentes ⁊ rose deiñ salit̄ ē vltima ⁊ ppe
si ponūt̄ iteꝝ in ea cāfora ⁊ sandali: hec ei salitio ma
turat ⁊ exiccat ⁊ facit cadere cū velocitate. Et suffūi
gatio cū tamarisco est iuuatiua valde. Et in hyeme
oꝫ vt applicet̄ eger incensioni ex tamarisco. Et qn̄
variole sunt vehementis hūitatis: tūc nec̄ia est suffu
migatio cū myrto ⁊ foliis ei⁹. Et de regie bono ap̄
maturitatē variolaꝝ puaꝝ ⁊ magnā volūtatē exic
catōis eaꝝ ē vt dormiat patiēs variolas sr̄ faria rizi
⁊ milii ⁊ ordei ⁊ fabaꝝ. ⁊ magis ꝯueniēs ē vt ponas
ip̄sam impletionē culcitre q̄ sit rara in qua penetret

virtus. Et folia cupressi sunt bona in hoc ꝛ oleum malū est i hac hora: qm̄ prohibet exiccatōes: ꝛ qm̄ i cipiūt variole exiccari tūc oꝫ vt liniatur sup eas ex medicis pdictis cū vtute croci. Et qn̄ accidūt ex va riol. vlcera: ꝯfert vnguētū albū ꝛ ꝓprie permixtuꝫ cū aliquātulo cāfore ꝛ rasura radicū cāne cū aq̄ ro. aut rasura venaꝝ arboris salicis: aut arboris alza rur. Et qn̄qꝫ ꝯfert vnguētū de cerusa ꝛ lithargyrio Et qn̄ sunt i naso cruste cōfert ceratū factū cū oleo ros. puro cū vtute ceruse ꝛ climie. ꝛ admīstratio ali cuius olei post exiccatōeꝫ ꝛ apud vlceratōem ē bo na: apud exiccationes qꝺ cū eo qꝺ facit cadere cuꝫ velocitate: ꝛ vlceratōꝫ ppea ꝙ ipꝫ ē mā empli ꝛ vn guēti. Vnguētū qꝺ rubeū bonū ē ad vlcera vario laꝝ. ¶ De obseruatōe mēbroꝝ ꝛ defensione eoꝝ a nocumēto variolaꝝ ꝛ morbilloꝝ. Ca. xi.

Membra q̄ oꝫ custodiri a nocumēto variola rū sunt sicut guttur ꝛ oculus ꝛ partes supe riores nariū ꝛ pulmo ꝛ itestina: hec. n. mēbra sunt il la que vlcerāt. ¶ Fortasse. n. ocul' destruit ꝛ fortas se accidit in eo albugo. In gutture vo fortasse acci dit prefocatio ꝛ fortasse accidūt vlcera q̄ prohibent deglutionē in meri: ꝛ fortasse pueniūt ad hoc vt sit il lic corosio pernitiosa. In superiorib' vo ptib' nariū fortasse accidūt vlcera q̄ stringūt meat' odorat'. In pulmone aūt accidit fortasse ex bothor variolaꝝ ꝛ morbilli ꝛ ꝯstrictio anhelitus vehemēs ꝛ fortasse fa ciunt cadere in pthisiꝫ qn̄ vlcerat. In intestis fortas se accidit excoriatio cui succurrere ē difficile. Cōser uatio autē oculi melior ē vt fiat alcohol oculo cum almuri ꝛ aqua coriādri ꝛ aqua ros. i qua iā posita sunt sumac ꝛ cāfora ꝛ ꝓprie i pmo die ꝛ cū almuri solo. ꝛ silr̄ fiat alcohol cuꝫ alcohol nutrito ex aqua coriandri ꝛ aqua sumach posita i ea cāfora. ꝛ succ' pulpe granatoꝝ ē bonus iterū i principio. Quꝫ vo apparet tūc facere alcohol cū aq̄ ros. ꝛ cāfora ē ma gis conueniēs. ꝛ dictū ē ꝙ facere alcohol cū napta alba ē bonū i hoc. Et oleū de fisticis ē de eis quib' vtunt mulieres i regione nostra post variolas ꝛ euē tū nocumēti i oculo ꝛ eradicat calignē si fuerit ꝛ re ctificat oculū ꝛ collyriū albū ē bonū valde apꝺ ap paritionē bothor. ¶ Cōseruatio aūt oris ꝛ guttu ris ē sicut suctio granatoꝝ ꝛ suctio granoꝝ eius in pncipio ꝛ suctio moroꝝ de sceni ꝛ gargarizatio cū rob eoꝝ ꝛ ꝓprie qn̄ ꝯquerit de dolore i eis: tūc oꝫ vt lābat de rob ꝛ eoꝝ aliquid post aliqꝺ: ſꝫ superio res ptes nariū cū epithimatione ex memithe ꝛ san dalis ꝛ rob acreste ꝛ aceto. Et odorare aceta soluꝫ ē vehementis iuuamēti. In ꝯseruatione vo pulmo nis nō ē ꝙ sit sicut lohoc ex lētib' leue cū seie papa ueris. Intestina āt plin qꝺ oꝫ vt cōseruent post ice ptionē cū stipticis ꝛ qn̄ icipit solutio ventris in fine egritudis curet cū trociscis de spodio ꝛ ribes ꝛ tro ciscis de semine acetose.

¶ De eradicatōe vestigioꝝ variolaꝝ. Ca. xii.

In hoc qꝺ loquemur vice alia qn̄ loqmur de dcōiatōne: nūc vo dicem' illud qꝺ ē ma gis ꝯueniēs ꝛ magis pertinēs. Et de eis q̄ eradicāt vestigia variolaꝝ iteꝝ sūt radices arundi nū ꝛ sarcocolla ꝛ semē melonis ꝛ cortices e' exicca ti ꝛ risi ablutū ꝛ aq̄ ordei ꝛ albumē oui ꝛ creta rara vel lutū ꝛ lithargyriū ꝛ zuccaꝝ tabarzet ꝛ amilū et amigdale dulces ꝛ amigdale amar. Et de oleis ole um de lilio ꝛ oleū de fisticis ꝛ adeps asini cuꝫ oleo ros. ꝛ que sunt ei silia ꝛ aqua que fit i vngula came li que assat ē vltima. Et de illis que sunt fortiora est spuma maris ꝛ lapis piperis ꝛ costus ꝛ ammonia cū ꝛ tus ꝛ sapo cū baurac et ossa vetusta adusta se mē raphani farina raphani exiccati aristologia lu pini. Et de cibis rectificātib' colorē plūbeū sūt gra nata dulcia ꝛ cicer ꝛ vinū bonū: vitelli louoꝝ sorbi liū ius galline ꝛ alcubugi ꝛ aldurari ipiguati. Et oꝫ vt assiduet habens ea balneatōeꝫ. Et de ꝯpositis ē vt sumas ossiū adustoꝝ ꝛ stercoris ouini ātiq ostra coꝝ nouoꝝ ꝛ amili ꝛ seis melonis ꝛ risi abluti ꝛ ci ceris oium an̄. ptes. x. ꝛ granoꝝ albē ꝛ lupinoꝝ et costi ꝛ aristologie longe oiuꝫ an̄. ptes. v. ꝛ radicis a rūdis sicce ptes. xx. fiat ex eis epithima cū aqua me lonis aut cū aqua cucumeris siluestris aut cū aqua or. aut cū aqua fabaꝝ ꝛ liniatur cū eo mēbꝝ ꝛ ab luat i mane cū decoctiōe viol. Aliō: ostracoꝝ nouo rū ossiū antiquoꝝ radicis arūdis persice amili seis melonis risi abluti granoꝝ granatoꝝ costi ptes eq̄ les: fiat ex eis gn̄era. ꝛ iterū lupini ꝛ cicer nigrum li niatur cum eis. ¶ De febrib' apatuꝫ. Ca. xiii.

Iaꝫ sciuisti dispōnes febriū que sequnt apa ta apparentia ꝛ ꝙ sūt sm plin de genere fe briū diei cuꝫ apat ista ſꝫ plurimū nō perue niant ad cor nisi cū calefactione sua absqꝫ sua putre dine. ꝛ plꝫ quidē hoꝝ ē a causis primitiuis. Qn̄ āt peruenit putredo eoꝝ ad cor pp suā magnitudineꝫ aut pp suā ꝓpinqtatē fit febris fortasse nō de genere febris diei. Et plin qdē similiū hoꝝ nō fit nisi a cau sis an̄cedentib' corpeis ꝛ replōnalib' crudis: ꝛ qn̄ꝫ fi unt ex vlcerib' ad q̄ attrahūt mē maligne ꝛ retinent i carnib' mollib'. ¶ Febres āt q̄ sequūt itriseca apa ta fortasse nō fiūt ex applicatōe calefactōis ad cor si ne putredie. ¶ Et vehemētiores qdem febres fiunt ab apatibus intrisecis qn̄ sunt ex genere herisipile i qbusdam viscerib' ꝛ extenditur dolor ꝛ sitis ꝛ inflā matio ꝛ significāt ea significatōes pmixtōis choler plime cū sanguie. ¶ Et hec apata intriseca sūt sicut apata cerebri ꝛ velamīuꝫ eius ꝛ sumach auris ꝛ gut turis qn̄ꝫ. Et in velamie qꝺ sequr pect' et epe ꝛ rene ꝛ vesica ꝛ mrīce ꝛ intestinis ꝛ q̄ sūt eis similia. ¶ Et diuersificantur febres eoꝝ in vehemētia ꝛ debilitate sm ꝓpinqtatē cordis ꝛ longitudiem. ¶ Et eoꝝ ite rū febres q̄ sunt in mēbris carnosis est febris vehem tior. ¶ Et eoꝝ febres que sūt i pāniculis ꝛ eoꝝ silib' est debilior. Et eoꝝ q̄ sunt in vicitate arteriaꝝ febris est vehemētior ꝛ eoꝝ que sūt in vicitate venaꝝ solū febris est debilior. ¶ Et nō euacuant iste febres a pi odis sm mās que effundūtur ad apata eaꝝ: pic di nāqꝫ eaꝝ sunt sm generationeꝫ earuꝫ ꝛ sm motum ipsaꝝ ꝛ sm attractionē caliditatis ꝛ doloris ad ea: vnicuiqꝫ enim humori est periodus qui sibi conue nit. ¶ Et scias ꝙ multotiens sanatur apostema in pleuresi ꝛ aliis ꝛ remanet febris ꝛ significat tunc ꝙ mundificatio nō accidit. ¶ Et iste quidē febres qn̄ qꝫ prolongantur ꝛ perducunt ad ethicam ꝛ ꝓpe qn̄ apata sunt i epate: Ille vero que sunt i velamini bus cum confirmatur non expectant vsqꝫ ad ethi cam.

¶ De signis earuꝫ ꝛ ipsarū iudiciis. Ca. xiiii.

Cum febribus ex apatibus itrinsecis inueni unt tres spēs signoꝝ ꝛ accidentiū. s. signa ꝛ accidentia significantia mēbrū ifirmuꝫ ꝛ si gna ꝛ accidentia significantia materiam ꝛ signa et

accidētia significantia dispōnē infirmi. Prima aūt signoꝝ spēs ē sicut pulsus serinus ꝛ dolor pūgitiu⁹ apatis i partib⁹ pectoris: ꝛ silr tussis sicca i pmis et humida secūdo ꝛ q̄ sunt illis silia. De signis pleure sis significantib⁹ apa in partib⁹ pectoris ꝛ ad sūmū dolor ꝛ grauitas i mēbro ꝛ ē calidius reliqs mem bris addita calefactione nō consueta. Et sic ipasm⁹ qm̄ ipse multotiēs associat apatib⁹ calidis i mēbris neruosis. Spēs vo secūda ē sicut significatio vehe mētie fe. tertiane ꝛ significat ꝙ mā ē cholerica. Acci dentia vo infirmi sūt dispōnes que indicant eius sa lutē aut indicāt ipsius mortem. ¶ Et mēbra qđ oc culta diuersificantur i faciendo febres ꝛ recipiendo eas ꝛ pdurationeꝫ eaꝝ ꝛ ipsaꝝ periodis sm magni tudineꝫ eorū in seipsis ꝛ magnitudinem venarum eoꝝ ꝛ scđm membra sua. Nam in membris intrinse cis sunt que sunt ꝓpinqua cordi ꝛ vehemētis cōita tis sicut velamē ꝛ pulmo. Et de eis sunt que sūt lon ginqua a corde ꝛ debil' cōitatis sic renes: ipi eiꝫ non sēper faciūt pp apata sua febres fortes nꝫ ꝯtinuas ꝛ multotiens quidē sunt interpolate ꝛ sunt de genere febriū ꝯmixtaꝝ ꝛ febriū tertianaꝝ ꝛ quartane ꝛ qn tane ꝛ sextāe ꝛ fiunt cū eis rigor ꝛ horripilatō ꝛ ābi gnū fit esse eaꝝ: ꝛ significat eas grauitas i loco renū ꝛ in ptibus alchatin ꝛ dolor ꝛ ꝓprietas calittatis in mēbro maioris cōsucta ¶ Cum aūt aggregatur in mēbro vt sit ꝓximū pncipali aut fortis cōitatis cuꝫ eo aut vehemētis sensus ꝛ est neruosū tunc cū vehe mētia febriū comitantiū apata eius accidūt ei inqui etudo magna ꝛ spasmus. Et fortasse comitantur ip sum accidētia extranea sicut apata matricis: associa tur .n. ei cū febre soda ꝛ dolor ceruicis. ¶ Et calidi tas qdeꝫ ꝗuis iflāmet in eis apatibus tn̄ nō est val de vehemētis acuitatis sic est i causonide nisi sit res magna. ꝛ cā in eo est qm̄ putredo nō est sparsa neqꝫ mota ad exteriora. ¶ Et pulsus qdeꝫ i febrib⁹ apa tū itrisecoꝝ est pulsus febriū putredis paruus in pn cipio velocis ꝯstrictiōis apud statuꝫ ꝺinde magni ficat ꝛ fit velox ꝛ spissus sm mēbrum ꝛ mām ꝛ sm ꝙ sciuisti: deinde erit vndosus ꝛ sinus ꝛ faciēs secū dū membrū in neruositate ꝛ carnositate sua. ¶ Et vrīa sm plm est ad albediem declinis ꝛ paucirate ti cture pp decliatōm materiei ad apa sm ꝙ sciuisti.

¶ De cura eaꝝ Ca. xv.

Curatio haꝝ febriū est curatio febriū acuta rū post curatōm apatum. Radix eniꝫ in eis est cura apatis cū obsuatiōe cure febris de ifrigida tione ꝛ huectatione. ¶ Et in his febribus non con ceditur potus aque frigide neqꝫ introitus balnei. ¶ Et si fuerit apa herisipila licet vt fiat positio reꝝ frigidaꝝ ꝛ ifrigidataꝝ actu de foris super ipm sicut succus lactuce ꝛ sempuiue ꝛ portulace cū aliq̄ntulo sauich ordei albi que sine cessatōe infrigident super niuē ꝛ pmutentur ꝛ fortasse pmiscet cū eis oleū om phacinū aut oleum rosaceū. Et si cōcederit lactucas ablutas ifrigidatas ptransit ꝛ iuuatur cum eis.

¶ De dispositōibus febriū ꝯpositaꝝ Ca. xvi.

Febres qn̄ ꝯponunt adinuiceꝫ. Fortasse .n. ꝯponunt ex eis spēs ingrediētes in genera elongata sicut ꝯpositio febris ethice cuꝫ fe bre putrida. ¶ Et qn̄ ꝯponūt spēs ex eis in gener ꝓximo ꝯuenietes sicut est ꝯpositio speꝝ febriuꝫ pu tredis sicut tertiana cū phl'atica vtpote febris noia ta hemitriteus ꝛ sicut ꝯpositio febriū apatuꝫ. Et qn̄

qꝫ ꝯponūt de eis spēs ꝯueniētes in speciē sic ꝯposi tio duaꝝ tertianaꝝ ꝛ duaꝝ q̄rtanaꝝ ꝛ triū q̄rtanaꝝ: quare fiunt due tertiane in apparitōe dispōis scđm porismos phl'atice ꝛ tres q̄rtane in porismis phl'a tice. Et qn̄ ꝯponunt tres de febribus tertianis si igi tur fuerint sm coalternatōem erit porismus in die iii. vehemētior qm̄ ptinet ei piodus diei pmi ꝛ ince pcio diei tertie ꝛ silr i die. v. ꝛ similat hec hemitriteo sicut ꝯpositō duaꝝ tertianaꝝ silatur porismis phl'a tice. ¶ Et pp hoc nō oꝫ vt tota occupatōe occupet cū porismis imo oportet vt occupetur cū acītibus ¶ Et qn̄ accidit si fuerit febres iste tertiāe pure vt festinent porismi eaꝝ ad ꝯtentam. i. ad illā que forti or est ita vt ostruat debilior eaꝝ pri⁹. ¶ Et qn̄ signi ficat ꝯpositionē reditio horripilatōis vel oppilatio nis post quietē. ¶ Et turpe quidē est medico scien ti significatiōes cuiusqꝫ febris ꝛ accidētia eius vt nō pcipiat ꝯpositōneꝫ a pmo die aut scđo. ¶ Et ꝯposi tio febris ethice cū febre putredis est ex illis que val de ambigua sunt qm̄ ipi vident interpolatiōes ꝛ ice ptionē rigoris ꝛ horripilatōis ꝛ reditionē sudoris si fuerit ꝛ horas pticulares quare existimāt ꝙ sint il lic febres putredis tantū insepabiles aut composite continua ꝛ interpolata. ¶ Et qn̄ ꝯtinatur ꝯpositō ita vt appareat febris ꝯtiua silis que similatur sino cho: ꝛ tunc qdeꝫ nō est excusatio reditiōis ad signi ficatōes. Et si fuerint paroxismi breues nō conseqt coꝝ continuatio nisi propter rē magnā de multitu dine numeri coꝝ ꝛ proprie ꝛ fortasse vides interpo lationes haꝝ febriū longas. ¶ Et qn̄qꝫ cōponunt febres diuerse sicut hemitriteus eradicat postrema earū ꝛ remanet chronica pura siue sint due interpo late aut due continue aut interpolata ꝛ ꝯtinua. ¶ Et qn̄ ponit cū hemitriteo alia tertiana et phl'atica et melica: nā si est cum tertiana eradicat tertiana ꝛ pu rus fit hemitriteus: ꝛ si ē cuꝫ phl'atica aut melica: erradicat hemitrite⁹ ꝛ ꝺpurat phl'atica ꝛ silr melica. ¶ Et qn̄ accidit cōpositio in eis sm modū aliū ꝛ ē vt cōponat interpolata ꝛ continua diuersi generis: aut ꝯuenientes ābe i eo: aut ꝯueniētes i spē sicut ter tiana periodica cū tertiana inseparabili: ꝛ sicut com ponunt due iterpolate silr cōponunt due cōtinue. ¶ Quidā āt existimauerunt ꝙ due cōtinue nō cō ponunt sicut due tertiane: qm̄ qn̄ mā ē itra venas n̄ est possibile vt diuersificetur illud in quo accidit pu tredo: putredo eniꝫ est procedens i toto. ¶ Et hec sententia non est de illis que necessaria sunt procul dubio apud me: qm̄ putredo icipit proculdubio ex loco. deide spargitur: deide currūt indicia vehemē tie ꝛ iterpolationis sm gradationē putredis pime ꝛ sm eam sunt ei motus. Non ergo elongatur quin accidat putredo cui sit dominiuꝫ aliquod incipiēs in parte materieruꝫ cui nō sit dominiuꝫ sepuēdi ali ud: imo aggregatur in ea vt icipiat ꝛ vt sequatur si mul: quare erit ei gradatio tēporis qua experitur. ¶ Et species quidem compositionis febrium sunt tres: itrans: ꝛ coalternata: ꝛ ꝯmunicans. Et itrans est vt ingrediatur vna earum super alteraꝫ. Et coal ternata vt ingrediatur post eradicationem eius. Et cōmunicans est vt incipiat cum ea. Et qum videris febreꝫ cōclusaꝫ ꝛ est in ea rigor ꝛ non sudor ꝛ fortas se accidit in rigoribus pluribus sudor vnus: tunc testifica compositionem in ea. ¶ Et similiter qum vi deris i conclusa superfluitatem i frigore extremitatū

⁊ rigore ſꝫ paꝝ de ambobꝰ tũc fortaſſe ē in cõcluſa.
¶ De hemitriteo Ca.xvii.
Hemitriteus ē febꝛiſ cõpoſita ex duabꝰ febri
bꝰ: quarũ vna eſt tertiana ⁊ altera ē ꝓ phl'ati
ca ⁊ ſit in die vno paroxiſmꝰ tertiane ⁊ quoſ
tidiane ſimul: Aut ſm ſemitam cõitatis ⁊ iuentõis
Aut ſꝫ ſemitã coalternationis ⁊ vicinitatis: Aut ſꝫ
ſemitã introitꝰ. ¶ Et de diuiſionibꝰ difficilioꝛ ad co
gnoſcẽdũ ē pͥma: deinde 2ᵃ. ¶ Et qñꝫ ſũt febꝛes due
ↄtinue qñ due putredines ſũt intrinſece ⁊ qñ due ſt
periodice erradicant quando due putredines ſunt
extrinſece. ⁊ qñꝫ eſt continua cholerica: qꝛ eius pu
tredo ē itrīſeca ⁊ phl'atica ē ecõtrario ⁊ qñꝫ eſt econ
trario. ⁊ qdã ponunt hemitriteũ puꝝ febꝛeꝫ cõpoſi
tã que ſit ex tertiana extrīſeca ⁊ phl'atica intrinſeca
⁊ illã que ē p̄ter eã noiant nõ purã. ⁊ nõ ē illud de
illis in qbus ſupflua occupatio ſit hñda. ¶ Et foꝛ
taſſe ãtecedẽs ad putredinẽ ē cholẽica: ⁊ foꝛtaſſe an
tecedẽs ad putredinẽ ē phl'atica ⁊ foꝛtaſſe vẽiũt ſil'.
¶ Et iteꝝ qñꝫ ē materia faciẽs fe. phl'aticã magis
dñans: ⁊ qñꝫ ē mã faciẽs febꝛẽ cholericã magis do
minãs: ⁊ qñocũqꝫ ſit mã phl'atice ponit ꝑoxiſmos
cholerice longioꝛes ⁊ tardioꝝ criſis: ⁊ materia cho
lerice ponit ꝑoxiſmos phl'atice ecõuerſo. ¶ Et foꝛ
taſſe extẽditur hemitriteus longo tp̄e. ſ. vſqꝫ ad. vii.
mẽſes ⁊ ſupꝛa. ⁊ qñꝫ ſit ex hemitriteo egritudo acu
ta. ⁊ qñꝫ ē hemitriteus de febꝛibꝰ magis interficiẽti
bus qm̃ perducit ad ethicã ⁊ egritudies chꝛonicas
vel erroneas ⁊ difficiles.
¶ De ſignis hemitritei Ca.xviii.
Magis ꝓpꝛiũ ſignoꝝ eiꝰ ⁊ pͥmũ eoꝝ lꝫ necſ
ſaria ſint ↄparia alia ē vt ſit ſpatiũ hꝰi febꝛiſ
in vno duoꝝ dieꝝ longius ſpatio tertiane ⁊ magis
quieta: deinde ſit ī die alio leuioꝛis ꝑoxiſmi ⁊ pauci
oꝝ accidentiũ. ¶ Et qñꝫ iterat ī ea hoꝛripilatio ſꝫ
plm̃ aliquotiẽs ꝑꝑ illud qꝺ accidit de pugna duaꝝ
materieꝝ: aut ītroitu vnius eaꝝ ſup alteraꝫ. ⁊ foꝛtaſ
ſe accidit hec iteratio tribꝰ vicibꝰ aut quattuoꝛ ⁊ iaꝫ
caleſiunt mẽbꝛa aliqua hoꝛripilatione fixa adhuc.
¶ Et ex hac qdẽ que ē hemitriteus coꝛpus nõ mũ
dificat integre. ¶ Et qñꝫ fiunt pꝛincipiuꝫ eius ⁊ aug
mẽtũ ipſius vehemẽtis ↄinotõnis ⁊ pꝛopꝛie qñ fue
rit cõicatio: aut fuerit ī hꝰi hoꝛa: tũc. n. fiunt hoꝛripi
latõi redditus ⁊ ē ſtatus longinquus: ⁊ qũ exiſtimat
ꝙ coꝛpus iã calefactũ ē ⁊ fe. habet ſtatũ iuenis hoꝛ
ripilatõeꝫ redeũtẽ ⁊ iſta accidẽtia ſunt ꝓpter pugnã
humoꝝ. ¶ Et ſtatus qdẽ hꝰ egritudis ī hoꝛis ꝑticu
laribꝰ ⁊ vlibꝰ ē ante ſtatũ phl'atice ⁊ velocioꝛ ſtatu eꝰ
⁊ tardioꝛ ſtatu cholerice qm̃ caliditas nõ expandit
niſi cũ laboꝛe ⁊ ꝓpꝛie in pͥmis ⁊ ſit foꝛtis eiꝰ acuitas
apud ſtatũ. ⁊ ſil'r ſit declinatio longa ꝑꝑ illud quod
accidit de ſtationibꝰ quas efficit reluctatio vniꝰ dua
rũ materieꝝ cũ alia ⁊ paꝝ qdẽ tepeſcit cum ſudoꝛe.
¶ Et in hac fe. dies tertius de diebꝰ eius ē ſimilis pͥ
mo ⁊ quartꝰ ſecundo. et qñꝫ cadit ſignificatio ſuper
hemitriteũ ex modis diuerſis. nã qñꝫ accidit ex cõ
ſuetudinibꝰ. ⁊ qñꝫ accidit ex accidẽtibꝰ. ¶ Et caſus
ↄſuetudinũ ē ſicut ſi in coꝛpoꝛe hoĩs multiplicetur
cholera ⁊ putredo eius: deinde vtat delitiis ⁊ dimit
tat exercitia ⁊ vtat cibis de ſpẽbus regis generãtibꝰ
phl'a aut multiplicetur ī coꝛpoꝛe hoĩs phl'a ⁊ putre
do eius: deinde exercitetur plm̃ ⁊ vtatur eo qꝺ gene
rat cholerã de ſpẽbus regis ſi fecerit neceſſariũ etaſ
illud in eo ita vt fiat adoleſcens poſt pueritiã ⁊ dñi
um humiditatiſ: aut fiat ſenex poſt iuuentutẽ ⁊ acui
tatem cõplexionis. ¶ Ex accidẽtibꝰ vero ſicut ē pul
ſus ⁊ vrina ⁊ ꝓceſſio eius quod ꝓcedit ex vomitu
⁊ egõne: ⁊ diſpõne digõnis ⁊ ſigna eiꝰ ⁊ diſpõ ſitiſ ⁊
diſpõ tactus ⁊ diſpõ hoꝛripilationis ⁊ rigoꝛis ⁊ diſ
põnes hoꝛaꝝ ⁊ ꝑoxiſmoꝝ. Pulſus aũt ſit in ea mi
noꝛis magitudis ⁊ velocitatis ⁊ frequentie qꝫ ille q
ē in tertiana ⁊ ↄtrarie eaꝝ ſunt minoꝛes qꝫ ille q̄ ſũt
in phl'atica. Urina vero ē tarde digõnis: ⁊ vomitꝰ ē
ꝑmixtꝰ ⁊ ex chol'a ⁊ phl'ate: ⁊ egõ ē ꝑmixta ex cho
lera ⁊ phl'ate. De diſpõne autẽ calefactiõis ⁊ frigo
ris ⁊ ſitis ⁊ hoꝛripilatõis ⁊ hoꝛaꝝ ꝑoxiſmoꝝ iaꝫ lo
cuti fuimus quod opoꝛtuit. ¶ Et nõ expectat ſtatõ
ſup dñanteꝫ duoꝝ humoꝝ niſi per vincẽtẽ ex ſigni
ficationibꝰ: nã ſi dñatur phlegma ſunt ꝑoxiſmi lon
gioꝛes ⁊ hoꝛripilatio minoꝛ ⁊ coartatio ⁊ pꝛopꝛie
in pulſu foꝛtioꝛ: ⁊ extremitates ſũt velocioꝛes ad ſu
ſcipiẽdũ frigus in pꝛicipiis egritudinis ⁊ tardioꝛis
mundificationis a ſuo frigoꝛe. ⁊ ſitis eſt minoꝛ ⁊ vo
mitus cholere minoꝛ: et vrina vehemẽtioꝛis albedi
nis et cruditatis et ſudoꝛ minoꝛ. et etas pueritia aut
ſenectus ⁊ complexio coꝛpoꝛis ſignificat eam ⁊ ſil'r
ↄſuetudo et que currũt cuꝫ ea. et ſi dñat cholera ſũt
paroxiſmi bꝛeuioꝛes et extremitates velocioꝛes ad
calefactionẽ et ſitis et vomitꝰ cholere plus et ſudoꝛ
magis exuberãs et foꝛtaſſe declinat ad hoꝛripilatõ
nẽ que eſt ſicut rigoꝛ et ſit vna vehemẽtius tincta. et
etas ⁊ iuuentus ⁊ cõplexio coꝛpoꝛis qñꝫ ſignificat
eaꝫ: ⁊ ſil'r ↄſuetudo ⁊ que currunt cũ ea. Et qũ equã
tur duo humoꝛes frequentantur ſignificationes ⁊ ē
hoꝛripilatio pura completa nõ rigoꝛ ⁊ nõ perueni
ens ad rigoꝛẽ. ¶ Et qñ cõpoſitio ē manifeſtioꝛ ī ꝑio
dica ⁊ continua quã plures hominũ apppꝛopꝛiant
noĩe hemitritei puri ⁊ ē cõtinua ipſa phlegmatica ē
rigoꝛ debilioꝛ: qm̃ mã extrinſeca ē cholerica ⁊ ñ eſt
ↄtrariũ ei ex parte phlegmatis extrinſeci cũ ea ī eo
quod neceſſariũ ē de rigoꝛe: ſed ē debilioꝛ. et foꝛtaſ
ſe iteratur in ea frigus ⁊ hoꝛripilatio ita vt faciat er
rare in ſtat ſicut ſcis ⁊ multiplicatur in ea caliditas
viſcerũ ⁊ vẽtris cuꝫ frigoꝛe extremitatũ ⁊ ſit pulſus
vehemẽtioꝛis paruitatis ⁊ raritatis. ¶ Si auteꝫ cõ
tinua ē ipſa cholerica nõ ſit rigoꝛ neqꝫ magna hoꝛ
ripilatio ⁊ ſit pulſus maioꝛ ⁊ velocioꝛ ⁊ anguſtia ve
hementioꝛ. ¶ Et ſi cõponũtur due continue nõ erit
rigoꝛ omnino. ¶ Et accidit tertiane continue vt al
leuietur ante alleuiationeꝫ phlegmatice licꝫ non re
deat ante eius reditionem.
¶ De cura hemitritei Ca.xix.
Neceſſarium eſt in hemitriteo vt vehementẽ
habeas ſollicitudinem in euacuando mate
riam ſm ſpecies euacuationis ex ſolutione
ventris ex vomitu ⁊ pꝛouocatione ⁊ ſudatione pluſ
qꝫ vehementia que eſt per extinctiua. ¶ Et cum ſo
lutiuis opoꝛtet vt coueniat digeſtio niſi ſint ex gene
re que leniunt naturã ⁊ ſoluunt ⁊ non inquietant ſi
cut aqua lebl:b cum geleniabin ſi fuerit illud quod
ſupet phlegma: ⁊ ſicut tereniabin ⁊ ſiracoſt ⁊ īfuſio
tamarindi ⁊ ſirupus viol'. ſi dominans fuerit chole
ra. ⁊ ſicut qꝺ cõponitur ex iſtis ſi fuerit duo humo
res quaſi pares: ⁊ poſt apparitionẽ digõnis ſi euo
fiat humoꝛis cum foꝛtibus pertranſit. ¶ Et vomitꝰ
opoꝛtet vt ſit iterum ſm humoꝛem dominantẽ aut
ex aqua raphani cum ſirupo acetoſo calido aut ſi
rupo acetoſo cum aqua calida. ¶ Et pꝛouocatio

Miliaris similatꝰ formice ĩ curatione: veꝝ melꝰ est ĩ solutione eius vt fit in eius cathartico virtus eiꝰ qꝺ est sicut turbit cũ eo qꝺ soluit cholerã. Et si est ibi ex epithymo ẽ meliꝰ qm̃ necesse ẽ illic esse ex melĩa ⁊ phlãte que admiscentꝰ cholerꝰ. Deinde sumantꝰ galle ⁊ fructus tamarisci ⁊ cortices granatoꝝ ⁊ bolũarmenũ aggregentꝰ oĩa illa ĩ aceto ⁊ aqua ro. cũ tali quãtitate ne mordicẽt ⁊ liniantꝰ desup cũ pena. Et lac dulce est vehementer cõueniẽs curatõi huiꝰ egritudis. ¶ Et qñ ꝑtrãsit pncipiuꝫ oꝫ tũc vt curetꝰ cũ eis q̃ sũt sicut caput piscis saliti adustũ cũ vino pontico. Et fortiꝰ illo qm̃ necãria ẽ exiccatio vltĩa ẽ vt somãtꝰ folia albedarũgi ⁊ ponatꝰ ĩ eis calcadis ⁊ admĩstrẽtꝰ. Et fortiꝰ hꝰ ẽ vt sumãtꝰ flos eris ⁊ sulfur citrinũ adustũ ⁊ fiat ex eis linimẽtũ cũ vino aut aqua ligni vitis que manat ſm cõbustionẽ suã.

¶ De pruna ⁊ igne persico Ca. ix.

Hec duo nomina fortasse absoluta sꝰ super oẽm pustulã corrosiuã vesicantẽ adurentẽ faciẽtẽ accidere escarã qualẽ facit accidere cõbustio ⁊ cauteriũ. Et quandoq; absoluitꝰ nomen ignis psici de illis super qꝺ est illic pustula de genere formice cõmestiua adurẽs vesicã in qua est aliquid ambulans ⁊ humiditas est cholice materiei pauce nigredinis pauce putrefactionis: Et est cũ pustulis plurimis alteratis quasi sit illic humor ⁊ fetor plurime ebullitionis ⁊ eleuationis: Et absoluitur nomẽ prune sup illud qꝺ denigrat locũ ⁊ facit membrum habẽs colorẽ carbonis absq; hũiditate: Et ẽ plime nigredinis submersa. Et eminẽtia eiꝰ ẽ parue q̃ꝫtitatis lupinalis ⁊ fortasse nõ erit illic pustula oĩo imo incipit in primis pruna ⁊ totũ illud ĩcipit cũ prunitu sicut sacrificationes. Amplius qñꝫ vesicat ignis psicus aut pruna ⁊ currit ex ea aliqd sicut currit a cauterizato cũ cõbustiõe ⁊ est locus cineritii coloris niger ⁊ qñꝫ est plũbeus: ⁊ est ĩflatio vehemens qua circũdatꝰ absq; rubedine verificata imo cũ declinatiõe ad nigredinẽ. Et illud qꝺ appropriatꝰ nomĩe prune est nigre radicis ignee: ⁊ est eis splendor prune.

¶ Et ignis psicus de eis ambobꝰ est velocioris apparitionis ⁊ motus ⁊ pruna est tardior ⁊ ꝓfundior ⁊ quasi mã eꝰ est mã pustule ⁊ ĩpetiginis sꝫ ẽ acutior in igne psico ⁊ qꝺ ex eis accidit ĩ carne est velocioris resolonis. ¶ Et qꝺ ex eis accidit neruis est fixius et tardioris resolonis ⁊ vnũqꝺq; ãboꝝ ẽ de cholera citrina adurẽte ꝑmixta meliẽ. Et pp illud accidit ex eis ambobꝰ ascara nigra ⁊ est quasi sit ignis psicus vehemẽtius cholericꝰ est pruna vehemẽtiꝰ melica: Et tibi qdẽ ĩest vt noĩes vnũqꝺq; amboꝝ cũ ĩtẽtiõe q̃ aggregat ambo prũa: deiñ diuidas. Et silr ĩest tibi vt noĩes ea ambo ignẽpsicũ pp illã eãdẽ intentionẽ deinde diuidas: Et ĩest tibi vt des vnicuiq; ĩtẽtioni nom̃ ⁊ iã fecerũt tutũ illud ⁊ nõ est plĩma differẽtia in eo. Et qñꝫ sũt cũ formice spẽbꝰ ⁊ miliaris male febres vehem̃tis caliditatis ꝑnitiose. ¶ Et qñꝫ accñt ista cã pestilẽtie. ¶ Et multotiẽs sĩlantꝰ phlegmoni ⁊ tẽdũt ad nigredinẽ ĩ pncipio rei ⁊ ꝓprie ĩ etate sua.

¶ De curatione prune ⁊ ignis persici C. x.

Necessaria est phlomia vt euacuetur sãguis cholericꝰ: ⁊ qñ egritudo ẽ timorosa tũc necessariũ est ipsaꝫ approximare syncopi. Et fortasse est necesse ⁊ proprie ĩ prima facere scalpelatiõꝫ ꝓfundã vt egrediatꝰ sanguis malus cõstrictꝰ ĩ ea q̃ ẽ ĩ nã veneni. Et non fiat illud qñ mã est decliuis ad cholam. ¶ Cura ãt localis necessaria est vt sit sicut cura herisipile. Verũ nõ oꝫ vt sit linimẽtũ vehemẽtis ĩfrigidationis sicut ĩ herisipila qm̃ mã ad grossitiẽ est decliuis ⁊ qm̃ ipsa est taliter ꝙ nõ tolerat vt redeat paꝝ ex ea ad iteriora qm̃ mã est venenosa: ⁊ nõ lꝫ vt admĩstrentꝰ ea que sunt vehementis stipticitatis iteꝝ nã illa mã est tarde resolutionis. Et nõ lꝫ vt admĩstrẽtur resolutiua neq; ĩ principio rei qñ apparet neq; apud quietẽ ĩflationis qm̃ additꝰ ĩ q̃litate materiei: immo oꝫ vt admĩstres medicinas exiccatiuas ĩ quibꝰ est ĩfrigidatio ⁊ resolutio q̃dã cũ expulsione sicut emplꝫ qꝺ fit de arnoglossa ⁊ gallis ⁊ lentibꝰ ⁊ pane plĩmi furfuris: nã hꝰmõi panis subtilior est ĩ substãtia sua ⁊ emplã istis silia de illis q̃ scripta sunt ĩ ãtidotario: ⁊ iterũ galle cũ aceto vini ⁊ alumẽ cũ aceto vini: ⁊ de medicinis bõis ĩ hac hora ⁊ post ipsam ẽ vt sumãtꝰ granata acetosa ⁊ scindantur ⁊ decoquãtur cũ aceto donec liniãtur: deinꝺ terantur et ponãtꝰ sup panũ ⁊ admĩstrentꝰ: ipsum enĩ cõueniens est ĩ omni hora ⁊ eradicat hãc egritudiñẽ ĩ pncipio ⁊ statu. Et qñꝫ cadit ĩ medicinis huiꝰ ãpatis nux recens ⁊ folia eiꝰ cũ sauich ⁊ vua passa ⁊ ficus cũ vino ⁊ oleo papaueris nigri ⁊ melius est vt ex omnibus fiat emplm̃. ¶ Et de medicinis cõueniẽtibus ĩ plĩbus horis sunt opiũ ⁊ acatia ⁊ dragagãtũ silr ⁊ cortices granatoꝝ de vnoquoq; quoꝝ sumãtꝰ põdꝰ. ʒ. i. floris eris. ʒ. i. semẽ hyusqami albi. Et huiusmodi medicĩe nõ ponũtꝰ nisi sup illud qꝺ nõ est vlceratũ. ¶ In illo v̉o qꝺ de eo est vlceratũ est necessariũ illꝺ qꝺ fortiter exiccet sicut medicamẽ andarõ ⁊ farasiõ ⁊ trocisci ranudros ⁊ medicamen de keisin cũ vino dulci ⁊ cum rob ⁊ reliqua que dicta sunt ĩ curatiõe herisipile vlcerate ⁊ formice miliaris. Et oꝫ vt ẽplastrentꝰ desuper emplastra in die bis ⁊ in nocte semel ⁊ bis ⁊ non administres exiccatiua quantuꝫ potes: quoniam ipsa addunt in malitia egritudinis. ¶ Et oportet vt tu subuenias ei quod continet locum ⁊ loca adustionis cum boloar. ⁊ aceto ⁊ aqua ⁊ reliquis que infrigidat ⁊ repercutiunt. Et id quod est propinquius illo est lana isopi infusa ĩ vino. ¶ Qñ ergo quiescit inflãmatio ⁊ remanent vlcera curentꝰ cum eis que sunt sicut emplastra de merdasengi ⁊ emplastra diabuticiaron ⁊ cum reliquis medicinis vlcerum corrodentium predictis in antidotario. Et nux antiqua vnctuosa est conueniens igni persico in hac hora.

¶ De vesicis ⁊ inflationibus Ca. xi.

INflatiões accidũt fm duos modos: quoꝝ vnˀ ē pp aquositatē q̄ expellit̃ ex ebullitiõe i humoribus cuȝ qua eleuet̃ materia subito ad illð qð ē sub cute ⁊ iuenit cutē spissiorē q̄ȝ illð qð ē sub ea q̄re ñ penetrat i eã imo remãet iflatio aquosa. ¶ Et secundus e st vt sit loco aquositatis sanguis q̄re fit pus de subtus.

¶ De cura inflationum Ca. xii.

MUndificatio quidē corpis cũ phlomia ⁊ silibus est ẜȝ ꝙ sciuisti: Et admĩstret̃ regimen ⁊ cibus fm modũ qui est d ictus. Et ponat̃ super eas in primis qum apparent quod sit sicut lentes cocte cuȝ aqua ⁊ sicut cortices granatorum aut cortices ramorum eorum decocti cum aqua in totum illud ponatur scðm ꝙ scis in loco suo post decoctionem ⁊ lenitatem tepidũ. ¶ Si aũt exierint vesice ⁊ volueris ipsaꝝ curationem quoniaȝ ille que sũt in grossiore cute dolẽt oportet vt aperiãtur cũ acubus ⁊ currat qð i eis ē ⁊ q̃ue de eis sunt subtiles apiuntur per se. Et nõ oȝ vt tardet̃ imo aperiant̃ ēt ⁊ exprimat̃ qð est i eis cũ facilitate paulatiȝ: Deide non cũant̃ aut vt sanẽt̃ aut vt vlcerent̃. ¶ Et si vlcerant̃ curent̃ cum empl̃is que fiũt de cerusa ⁊ que fiunt ð merdasengi ⁊ similibus ⁊ proprie quando cadit in eis sicut ireos ⁊ emplis herisipile qñ ambulat ⁊ corrodit ⁊ formice ⁊ reliquis que dixĩmˀ. ¶ Med camẽ cõpositũ ēt: ℞. merdasengi librã. i. olei veteris librã. i. s. arsenici lib i. vecoquãt merdasengi cum oleo donec nõ adhereat deinde fundat̃ sup ip̃m arsenicũ Et iteꝝ medicamẽ ꝯueniens ei quod de ipsis accit super testiculos ⁊ labia ⁊ eis silia ad vltimuȝ supra mẽbra que vehementer indigent exiccatiõe: ℞. colcotar ⁊ calcadis. viii. de vnoquoq̄ȝ: folioꝝ rose. ii. terant̃ cũ aqua ⁊ admĩstrent̃ ⁊ silr̃ fimus caprinus cũ melle ⁊ qñ cadunt escare ⁊ carnes corrupte ⁊ appet caro sana tunc curet̃ cura vulneꝝ planoꝝ. ¶ Et cadere quidē faciunt escaras ⁊ carnē malã medecine note. Et i alexandria faciunt eas cadere cum herba noiata serenicis ⁊ iteꝝ ta rbebasis ⁊ oleuȝ ð albacuen ē bonum ad deiiciẽdum eas. ¶ Et ad vltimũ administratio casus escare ⁊ curationis residui cuȝ curatione vulneꝝ sanoꝝ ē ꝯueniẽs valde ¶ Medicamen bonũ exptum antiquoꝝ qð quidã modernoꝝ ꝯcesserũt: ℞. sarcocolle ⁊ aloes ⁊ olibani ⁊ ceruse et ȝiniar oiuȝ equalr̃ ⁊ q̃ȝtum ē totũ ð boloarmeno et fiãt ex eis forme silẽs auellanis: sumant̃ ⁊ dissoluant̃ cũ aceto ⁊ aqua ⁊ liniat̃ cũ eis locus ponẽdo epithima sup epithima donec accidat i eo cõtractio vehemẽs ⁊ fiat escara ⁊ tũc aut cadet p se si fuerit sub ea hũitas aut ē necessariũ vt radas eã ⁊ facias ipsaȝ cadere ⁊ nõ cesses facere illud donec cadat totuȝ.

¶ De essere Cap. xiii.

EӠsere ē pustula parua lata sicut vesice ⁊ ad aliquãtulã tẽdẽs rubedinẽ ⁊ pruritũ faciẽs ⁊ angustiã eueniẽs subito scðm plm. Et accidit qñȝ vt currat ab eã hũitas. et fortasse ē sanguinea. Et scðm plm fit vehemens in nocte ⁊ eius angustia fit in ea vehementior ⁊ eius tristitia. ¶ Et cã est eius vapor calidus eleuatus in corpore subito aut a sanguine cholico aut a phl̃ate baurachio. ¶ Et sanguinea quidē ē vehementioris rubedinis ⁊ calitatis ⁊ vehemẽtioris ⁊ velocioris apparitionis. Et phl̃atica ē minor in oibus illis. Et vehemẽtia phl̃atice ē i nocte plus q̄ȝ vehemẽtia sãguinee ¶ Et qñ esset̃ iuadit locũ amplũ tũc si ñ fiat phl̃omia timet̃ febris terțiana. Et oȝ vt fiat phl̃omia i spatio qð ē iter illud ⁊ iter statũ.

¶ De cura essere Ca. xiiii.

SI sanguis fuerit vincẽs tũc oportebit vt in primis ꝑueniat ad phl̃omiã deiñ ꝯseq̃nter adhibeat̃ solutiuũ chol̃e si tolerauerit vius ꝙ sit sicut fit de duabus ptibˀ myrobalanoꝝ ⁊ pte vna hiere cuius potio sit. ʒ. iii. i sirupo acetoso. Et seda eã cũ eis que sunt sicut tamarindi ⁊ aqua duorũ granatoꝝ cũ corticibus suis Aut aqua granati acetosi cũ cortice suo ⁊ ifusiõe chrysomiloꝝ ⁊ aqua lactis acetosi ⁊ trocisci ð spodio cãforati cuȝ aq̄ granatoꝝ. Et dare i potu aquã calidã in die multotiẽs est ex eis q̄ cõferunt ei ⁊ lenire nãm habẽtis eam. Et ð eis que sedant eam ē infusio sumach colata de qua sumant̃. ʒ. iii. ⁊ ex cibis tabsil ⁊ acetuȝ cũ oleo ð amigdalis ⁊ sisamino ⁊ oleo cũ aqua vue acerbe ⁊ lacte acetoso. ¶ Si ãt humor fuerit baurachiˀ euacuetur corpus cũ myrobalanis ⁊ cũ turbit de quo sit q̄ȝtũ ē medietas myrobalanoꝝ: ⁊ sit potio eiˀ. ʒ. iii. Et det̃ ifirmo de nuce cuꝑssi humida. ℥. i. cum aloes. ʒ. i. Et sumat̃ crocus hortulanus terat̃ ⁊ ꝯcutiat̃ cuȝ aceto ⁊ sumat̃ in potu. Aut detur i potu aqua magre aut aqua vrcei noui. ¶ Et ad phl̃aticam sumãtur cubebe. ʒ. i. cũ tribus. ʒ. zuccari ⁊ põdere. ʒ. iii. semis agni casti i lacte dulci. Et ð eo qð est exptuȝ ⁊ ꝯuenit i oi spẽ ē istud calamẽti. ʒ. ii. spodii. ʒ. ii. roſ. rubeaꝝ. ʒ. s. cãfore kirat. i. det̃ in potu cum aqua granati acetosi aut sumat̃ in potu sauina qum est ieiunus.

¶ De estiomeno ⁊ differẽtia iter cãcrenas ⁊ aschachilos Capi. xv.

SErmo de his rebˀ est ꝓportionalis quodãmõ sermoni ð rebus quaꝝ rememoratio ꝑcessit ¶ Dico ergo ꝙ mẽbro accidit corruptio ⁊ putrefactio pp cãm corrumpentē ꝯpl̃onē eius ⁊ spiritũ aialem q ē in ip̃o: Aut pp aliud ꝓhibẽs eũ ꝑuenire ad ip̃m: Aut pp aliquid ꝯgregãs vtrasq̄ȝ intẽtiones sicut venena calida ⁊ frigida ⁊ ea q̄ cuȝ sua substantia sunt ꝯtraria spiritui aiali: ⁊ sicut ap̃a ⁊ pustule ⁊ vlcera mala ambulatiua venenose substãtie Et ea in quibus erratur sicut errat̃ in effundendo oleum in vlceribus ꝓfundis quare putrefit caro. Et cum infrigidatõe vehementi super apostemata calida quare corrũpitur ꝯpl̃o que ē in ip̃o. ¶ Prohibens aũt eũ peruenire ad ip̃m aut aggregãs vtrãq̄ȝ intentionē: ꝓhibẽs q̄dem ē oppilatio Et illa oppilatio aut ē accidentalis primitiua sic cõstrictio quorũdã mẽbrorum i radice sua fortis. Nã illa qñ perseuerat corrũpit mẽbrũ pp retẽtionē spũs aialis ab eo aut retẽtionē virtutis sparse super spiritũ animalē q ē i ipso qui expãdit̃ ex corð ⁊ aia quare corrũpitur ꝯpl̃o eius ⁊ morit̃ Et qñȝ fit pp oppillationē corporalē sicut ap̃a calidũ malũ fixum magnũ grosse materie oppillãs meatˀ ⁊ introitũ anhelitˀ quo indiget spiritus aialis ⁊ hoc cũ hoc qð retinet̃ ēt corrumpit ꝯpl̃onē. ¶ Et qð de hoc ē i ꝑricipio ⁊ nõ corrũpit cũ eo sensus eius cui ē sensus noiat̃ cãcrena ⁊ ꝓprie qð ē phl̃onides i principio. ¶ Et qð ita ꝯfirmatuȝ ē vt destruat̃ sensus eiˀ cui ē sensus ⁊ illud ē vt destruatur caro ⁊ qð ipsam sequit̃ ⁊ vsq̄ȝ ad os siue sit incipiẽs aut succedens ap̃ati noiat̃ aschachilos ¶ Et qñȝ cãcrene fiunt aschachilos imo sunt via ad ipsa ¶ Et ⁊ totum hoc accidit in carne ⁊ accidit in osse. ¶ Et ⁊ ap̃at qñ eˀ corruptio incipit ꝑambulare in mẽbro ⁊ ap̃at

quod ē in circuitu corrupti ⁊ fortasse puenit ad cor
ruptionē: tūc dicit̄ totū accidēs estiomenus. Et dici
tur dispō ptis mēbri q̄ iā putrefacta ē ⁊ nisi esset pp
grossitudinē māei sue nō adhereret: sꝫ expelleretur.

De cura Capi. xvi.

De cācrenis quidē dū ī pncipio perseuerat
sperat̄ q sanct̄. Qū āt cōfirmat̄ corruptio ī
carne: tūc necessariū ē accipere totuꝫ ipsius. Qū er
go vides mēbri colorē alterari: et est in via putrefac
tionis: tunc oꝫ vt succurras liniendo ipsū cū eo qđ
prohibeat putrefactionē sicut ē bolū armenū ⁊ ter
ra sigillata cū aceto. Si āt illud nō valet nō inuenis
excusationē quin scalpellationē ꝓfūdā facias diuer
sorū mōrū i locis et ponas sanguisusas et phlomes
venas ꝓximas ei paruas vt accipiat̄ sāguis malus
cū cautela eius qđ circūdat locū sicut cū epithima
tibus predictis. Et ponat̄ sup ipsū locū scalpellatuꝫ
qđ prohibeat putredinē et sit ei cōtrariū de illis qui
bus inest ꝓfūdatio fortior sicut farina herbi cū siru
po acetoso aut cū farina fabarū. Et ꝓprie pmixta cū
sale. Et de illis q̄ desup liniūt̄ ē assa et semen vrtice
ēt et aristologia ro. et succus foliorꝫ acori de vno
quoqꝫ sumat̄ ps. i. floris eris pars. s. terat̄ cū aq̄ do
nec fiat fm̄ spissitudinē mellis: ⁊ line cū eo vulnus
⁊ in circuitu eius. Et de medicinis prohibentib⁹ cor
rosionē ē vt sumant̄ floris eris ⁊ mellis ⁊ alumis eq̄
les ptes ⁊ liniāt̄ cū eis: ꝓhibet. n. ⁊ facit cadē illđ qđ
ē putrefactū ⁊ seruas illud qđ sequit̄. Si autē ptran
sit dispō dispōnē apātis ⁊ dispōnē corruptionis co
loris eius ⁊ incipit puenire in mollitiē ⁊ hūectat̄ pa
rūp: tunc hec ē inceptio eius in putrefactiōe: quare
oꝫ vt pulueriset̄ sup ipsū aristologia rotūda ⁊ galle
equali mēsura accepte donec desiccet̄. Et silr̄ dragā
tū iterū ⁊ colcotar sūt bona: ꝓprie cū aceto ⁊ folia
nucis ⁊ silr̄ cucumeris asi. aut succ⁹ ei⁹ epithimando
Qđ si pars carnis īcipit corrūpi īcide eā aut fac
eaꝫ cadere cū eis q̄ sūt sicut trocisci andaracaron ⁊
fortius eis calcadicō. Qūqꝫ feceris cadere ordineꝫ
vnū succurre cū butyro ponēdo desuper: deide fac
cadere secūdo donec perueniat ad cutē sanā. ⁊ dra
gātū rubeū ē puluerizatio bonu super mollicieꝫ et
putrefactionē. Et qū apparet putrefactio nō expel
las cū īcisiōe ⁊ ꝯsūptiōe: qm̄ magnificat̄ malum. Et
qn̄ magnificat̄ apā i circuitu putrefactī: tūc laudatū
ē ei sauich cū succo hyusquiami albi. Verū apđ me
nō ē bonū ei: īmo oꝫ vt huiusmōi admīstrent̄ sup lo
cū sanū vt ꝓhibeat ab ipso ⁊ repellat. Et quꝫ īci
ditur mēbrū qđ putrefactuꝫ ē tūc oꝫ vt cauterizet̄ il
lud qđ ꝯtinet ipm̄ cū igne: qm̄ illđ ē cuꝫ cautela aut
cū medicis cauterizātib⁹ adurentib⁹ ⁊ ꝓprie ī mem
bris facile suscipientib⁹ putrefactōꝫ ꝓpt̄ calitateꝫ su
am. Et q̄r sr̄fluitates calide approximāt ei sicut sunt
testiculi ⁊ anus: hec ē ergo quātitas quā dixim⁹ hic
Et tu qdeꝫ īuenies ī sermone nostro q est de vlceri
bus putrefactis qđ oꝫ te addere huic capitulo.

De althoboin Ca. xvii.

Antiquissimi antiquorū noīauerunt eū noīe
qđ trāslatū est ī arabico althoboin omne
apā existens ī membris glādinose carnis aut alibi:
Et sensibilia qdeꝫ sūt sicut caro glādosa q̄ est in ma
xilla ⁊ origine ligue: ⁊ illa q̄ sensū nō hn̄t sūt sicut ca
ro glandosa q̄ ē ī mānilla ī subascellis et īguinib⁹ ⁊
eis similib⁹. Deinde dictū ē post hoc ei qđ ē cū hoc
apā calidū perdēs: dcīn dictuꝫ ē apātio pnitiosa pp
cōuersionē materiei ei⁹ ad sbāꝫ venenosāꝫ qđ corrū
pit mēbrū ⁊ alterat colorē eius quod sequitur ipsaꝫ:
⁊ qn̄ꝫ resudat sāguinē ⁊ vir⁹ ⁊ similia illis ⁊ adducit
qualitatē malā ad cor ex via arteriarū: q̄r accidūt vo
mitus ⁊ pulsus cordis ⁊ syncopis: ⁊ qn̄ eius accidē
tia fiūt vehemētia īterficit. Et vir q pmi noīabāt
hoc postremū carmata. Et est necessariū vt sit dete
rius eorū illud quod accidit fm̄ plurimū ī subascel
lis ⁊ īguib⁹ ⁊ post aurē pp vicinitatē eius ad mēbra
que sūt vehemētius pncipalia. Et saluius altho
boin mortaliū ē illud qđ ē rubeuꝫ deinde citrinuꝫ.
Et ex eo qđ ad nigredinē ē decliue nō euadit ali
qs: ⁊ althoboin qdem multiplicātur ī pestilētiis ⁊
ī regiōe pestilētiali. Et īueniuntur noīa greca rerū q̄
assimilant̄ althoboin sic̄ tursios ⁊ carmata ⁊ carma
kile ⁊ furios. Verū apđ nos n̄ ē magna distictio īter
eorū noīatōem.

De cura Ca. xviii.

Euacuatio qđ cū phlomia et cū eo qđ tole
rat hora aut fit necessariū ex eis q̄ edueunt
humorē putrefactū ē necessaria: deide oꝫ vt reuerta
ris ad cor cuꝫ defensione eius et ꝯfortatione ipsius
cū eis ī qbus sint īfrigidatio et odoramētū sicut ace
tositas citri et miue et rob pomorū et cydoniorū et
sicut granata acetosa valde et olfatus sicut rosarū et
canfore ⁊ sandali. Et cibus sit sicut lentes cū ace
aceto ⁊ sicut cibus cū aceto valde acetosus fact⁹ ex
carnib⁹ arahengi ⁊ hedorū. Et oꝫ vt roret̄ māsio in
firmi cū aceto plurimo ⁊ foliis salicis ⁊ viol. ⁊ ros.
⁊ nenufare ⁊ similib⁹. Et ponāt̄ super cor epithima
ta infrigidantia confortantia ex eis que cognoscun
tur de medicis habentiū pulsuꝫ cordis calidum ⁊
habentium pestilentiaꝫ ⁊ ad vltimū regant̄ regimi
ne habentiuꝫ aerē pestilētialē. Althoboin vo ipꝫ
⁊ qđ currit cursu eius de eis que noīata sunt curet̄ ī
pncipio cū eis que ꝯstringant ⁊ infrigidant cū spon
gia infusa in aqua ⁊ aceto aut in oleo ros. aut oleo
de pomis ⁊ arbore masticis: aut oleo de myrto. ista
fiunt in pncipio. in statu vo curet̄ cuꝫ scalpellatione
si possibile ē et fiat vt currat qđ in ipso et nō dimitta
tur vt brunuꝫ fiat: qm̄ additur venenositas eius. Et
si indiget ventositas sugētibus cū subtilitate fiat. Et
in illo qđ hꝫ sbam exiture oꝫ vt administretur apđ
statū ei⁹: aut circa statū eius cū aptione. Et qn̄ ē illic
fe. tardabis cū īfrigidatione ne reducas cū ea mām
retro. Et apertio qđ fit cū eis q̄ sunt sicut embro
ca cum aqua camemille et aneti et reliquorum ape
rientiū subtiliū que dicemus ī ca. vulnerū. Dixe
rūt Carmana āt et Sesiros: Confert emplꝫ đ capil
lo veneris et atriplice et volubili et radice euisci cuꝫ
pauca gūma pini et melle cuꝫ vino aut glutē cū gū
ma pini et ceratū aut sordes alueariorū apū et lupi
ni infusi in aceto aut radix cucumeris asinini cū glu
tino albotin aut nitrū cū ficubus aut cuꝫ fermento.

De apātib⁹ accidentib⁹ in glādulis Ca. xix.

Apostemata glādosa q̄ nō incedūt via atā
garii qn̄ꝫ accidūt in loco aliquo casu in cri
sib⁹: et qn̄ꝫ cadunt casu expulsionis a mem
bris radicalib⁹: et fortasse attrahunt ea vlcera et apā
ta alia super extrema ad que currūt materie in viis
quarū incedunt carnes ille: quare inuoluuntur cum
eis sicut accidit inguini et subascelle ex apātōe am
borꝫ in eo qui hꝫ scabiē aut vlcera super pedes et
manus. Et qn̄ꝫ sunt cū repletiōe corporis. et qn̄ꝫ n̄
est ī corpore pluria repletio. Et eorū cura ē diuer

sa a cura apatũ alioꝝ in principio cũ expulsiõe. Et
nõ administratur i eis illud: imo euõ p phlomiã et
solutionẽ vẽtris ẽ illud qḋ ẽ necessariũ. Curario vo
alia ꝑlongeẽ in eis si possibile ẽ donec declareẽ dis
positio. Nã si fuerit ſm semitã crisis aut ſm semitaꝫ
expulsiõis ex mẽbro p̃ncipali: tũc nõ oꝫ vt ꝓhibeaẽ
oĩo: imo trahaẽ ad mẽbꝝ quacũqꝫ attractiõe ẽ pos
sibile ⁊ ẽt cũ vẽtosis. ¶ Si aũt fuerit pp multitudinẽ
repletionis: tũc euõ ẽ radix ⁊ minoratio cibi ⁊ subti
liatio. Et nõ administres expulsiua: imo mollificati
ua ita tñ vt nõ administres mollificatiua iteꝝ absqꝫ
euõne. fortasse.n. eueniet illud super mẽbꝝ cũ attra
ctione materiei plurime: imo quando administras
mollificatiua euacua cũ hoc ⁊ trahe mãꝫ ad diuer
sum: timor.n. in expulsiuis ẽ reditus materiei ad vi
scera ⁊ ad mẽbra p̃ncipalia: ⁊ timor in mollificatis
ẽ attractio materiei plurie. Et euõ ⁊ declinatio ma
teriei securãt ex nocumẽto mollificãtiũ. Et qñ dolor
fit vehemẽs: tũc necessariũ ẽ vt sedes ipꝫ cũ eis q̃ sũt
sicut lana ĩfusa ĩ oleo calo: deiñ adde ĩ eo sal in fine
ei⁹ donec sedeẽ dolor stati ⁊ in p̃mis fortasse addit ĩ
dolore. ¶ Et qñ corp⁹ ẽ mũdũ aut mundificasti ipꝫ
tunc resolue ⁊ nõ cures. Et qñꝫ valet in resoluendo
illud qḋ ẽ sicut farina tritici ⁊ saluius illa ẽ farina or
dei. Et fortasse magnificaẽ p resolutionẽ forẽ apa:
quare non admĩstreẽ nisi qñ ẽ necr̃ia repulsio ex mẽ
bris principalib⁹ ⁊ attractio mãei ab eis ad apa ti
mendo sup illa p̃ncipalia. Et multotiẽs quidẽ sanat
ea ĩ p̃ncipio oleũ calefactũ quod effundiẽ solũ. Ue
rũ qñ apa ẽ in quãtitate ⁊ substãtia sua molle in mẽ
bro nobili sicut mãmilla ⁊ testiculo ⁊ nõ timeẽ exꝓ
hibitione eius nocumẽtũ tunc prohibe ⁊ repelle: sꝫ
qñ sẽtis declinationẽ ad duritiẽ tũc lini vbicũqꝫ sit.

¶ De exituris calidis Ca.xx.

Exitura ẽ de sũma dubellet que collectionẽ
faciunt ex apatibus calidis quasi nomẽ al
dubellati cadat sup oẽ apa vlceratũ in inte
riore cuius locus ẽ ad quẽ effũditur mã aliqua ⁊ re
manet in eo queccũqꝫ mã sit. ¶ Et exitura qñ est ex
hac sua dispõne calida tunc aggregatur mã. Et qñ
qꝫ icipit apa calidũ sicut ẽ cũ aggregatiõe ⁊ solutio
ne cõtinuitatis intrinsece. Et qñꝫ nõ incipit ita imo
ĩcipit in iceptõe apatũ calidoꝝ sanoꝝ: deiñ ↄuertiẽ
esse e⁹ apud statũ vt incipiat in aggregatione. ¶ Et
nos in posteriorib⁹ differimus ſmonem de dubellꝫ
frigidis q̃ ↄprehẽdũt humores viscosos ⁊ gypseos
⁊ lapideos et arenosos ⁊ capillares ⁊ alios: lꝫ sint
qdam qui appropriãt noĩe aldubellet illud in quo
sunt hũores illius generis. Ueꝝ nos loqmur nũc de
eo qḋ aggregat mãꝫ: hoc.n. si icipit exitura pp mãꝫ
quã expellit nã ⁊ nõ est possibile vt penetrꝫ cutẽ nꝫ
ẽt supficiẽ carnis: imo sepat ei⁹ ↄtinuitatem p grossi
tiẽ suã sepatione appente tũc qescit in vacuitate eius
qḋ sepatur ſm plm: quare appet ei cap̃ acutũ ⁊ ꝓp̃e
si fuerit mã acuta. ¶ Iste ergo exiture incipiũt ⁊ ag
gregãt saniẽ dinde maturaẽ sanies postea rumpitur
Et fortasse indiget ↄforatione in maturatiõe ⁊ eru
ptione ⁊ fortasse nõ indiget. ¶ Et q̃ꝫto plus ẽ exiẽa
vehemẽtioris eleuatõis ⁊ acutioris capitis ⁊ rubedis
est humor attractus ei vehementioris caliditatis et
est velocioris maturitatis ⁊ resolutionis ⁊ eruptõis
⁊ ꝓp̃ie eminẽs ꝓcedẽs extra pinealis. ¶ Que ãt est
cũ diuersitate lata ꝓfunda pauce rubedinis est gros
se materiei mala decliuis ad ĩteriora pauci doloris

grauis motus. ¶ Et deterior illa est illa cuius cõru
ptio est ad interiora ⁊ corrũpit illḋ super qḋ vadit.
Et ẽ de ea q̃ expelliẽ ad vtrũqꝫ lat⁹. ¶ Et laudabili
or eruptio eius ẽ ad ventriculũ ꝓpriũ mẽbro cui est
via currens ad exteriora sicut exiẽa stõi. vt.n. erũpaẽ
ad ĩteriora eius ⁊ ipsius ↄcauitatẽ meli⁹ est q̃ꝫ rũpaẽ
ad exteriora eius ⁊ ad ventriculũ ↄtinẽteꝫ mirac sic
eruptio ei⁹ q̃ in cerebro ad duos vẽtriculos anterio
res laudabilior ẽ: qm̃ ambob⁹ sunt meatus sicut na
sus ⁊ nares. Et qñ rũpitur ad spatiũ continẽs cere
bꝝ aut ad vẽtriculũ posteriorẽ non inuenit meatuꝫ
ad exteriora et nocet nocumẽto vehemẽti. Et non ẽ
oẽ membꝝ conueniẽs ad hoc vt eueniat in ipso exi
tura: in iuncturis.n. minoraẽ egressio exiture: qm̃ in
eis sunt humores mucilaginosi ⁊ loca eoꝝ ampla
non suffocantia mãm nꝫ retinentia egressionẽ putri
di. Quod si egrediaẽ illic exitura erit propter rẽ ma
ximã. ¶ Et deterior exituraꝝ ⁊ malignior eaꝝ ẽ q̃
egrediẽ super extremitates lacertoꝝ ⁊ proprie lacer
toꝝ pluriũ neruoꝝ. ¶ Et exiture quidẽ diuersificãẽ
pp spatiũ maturationis saniei sue ſm humorẽ i sub
tilitate ⁊ grossitudine sua ⁊ complexionẽ in calore
⁊ frigore eius ⁊ equalitate eius ⁊ ſm tẽpus ⁊ etateꝫ
⁊ substantiã mẽbri. Et nõ contingit ne matureẽ exi
tura ⁊ ne cõuertatur qḋ in ea ẽ in pus: nisi pp puita
tẽ caloris innati in mẽbro aut pp grossitudinẽ sub
stantie que est materiei. Et qñꝫ contingit ex hoc vt
fiat sanies in ĩteriore pte sui ⁊ nõ appareat sensui pp
ꝓfunditatẽ pus ⁊ grossitudinẽ eius qḋ ẽ super ipsũ
⁊ statur sup maturitatẽ saniei velociter: ⁊ qñꝫ nõ sta
tur ſm substantiã suam ĩ grossitudine. ꝙ si matura
tur ⁊ subtiliatur lenitur substantia ei⁹ velociter: ⁊ ſꝫ
ꝙ ẽ de carne ista plurima ⁊ pauca ⁊ pp cãs exiture
⁊ casus ad saniẽ pp repletionẽ ⁊ multitudinẽ mate
riei ⁊ corruptionẽ ei⁹. Et cause eius sunt nauseatiua
satietas et exercitia mala ⁊ egritudines que nõ faci
unt crisim cuꝫ euõne apparente ⁊ nocumẽta aĩalia
ex angustiis ⁊ sollicitudinib⁹ corrũpẽtib⁹ sãguinẽ. Et
de exituris qdẽ ẽ spẽs que noiaẽ turmusios: ⁊ est exi
tura q̃ rũpitur ⁊ qḋ est sub ea ẽ simile carni bone. ḋ
inde apparet ab ipsa sanies alia. ¶ Et de exituris
ẽ spẽs q̃ noiatur albir ⁊ ẽ exitura vasalis rotunda ⁊
rubea quã qui habet ſꝫ plurimũ non expoliatur a
febre. ⁊ eius euentus ſm plurimũ ẽ in capite: ⁊ quã
doqꝫ accidit in aliis locis.

¶ De significatione ꝙ apa fit exitura Ca.xxi.

Qum videris pulsationẽ plurimã aut duri
tiem prolongataꝫ ⁊ caliditatẽ: tũc existima
ꝙ apa ẽ in via vt fiat exitura.

¶ De significatõe maturatõis ⁊ ei⁹ signo Ca.xxii.

Qum videris lenitatẽ q̃ꝫdã ⁊ sedatõeꝫ dolo
ris: tũc scias ꝙ ẽ in via maturationis.

¶ De iudiciis saniei Ca.xxiii.

Sanies laudabilis ẽ illa q̃ est alba lenis cui
non ẽ dolor horribilis ⁊ in qua non opera
ta est nisi caliditas innata lꝫ nõ sit excusatio
a cõitate extranee. ¶ Et nõ additur eis lenitas nisi
vt sciatur ꝙ ipsa est prepata pati a v̾tute digestiua et
non diuersificatur eius preparatio in inobediente.
Et oꝫ he sit ei odor vehementis horribilitatis vt sit
longinquior a putrefactiõe. Dixerunt: ⁊ requiritur
ex ea alba: quoniã color membroꝝ radicalium ẽ al
b⁹ ⁊ nõ assimilat eã nisi nã potẽs super eaꝫ. ¶ Et sa
nies mala ẽ fetida significãs putrefactioneꝫ que est

cõtraria maturationi τ significat dominium calidi tatis extranee. Et qñ egredit̃ sanies diuersaꝝ ptium ꝓuenientiũ coloꝝ τ substãtiaꝝ est etiã de genere di uerso a bona: τ necesse ẽ oi saniei vt faciat euenire ĩ corpore putrefactionẽ aut maturitatẽ aut diminutio nẽ aut alteratur cum modo alio.

De significatione exiture intrinsece Ca.xxiiii.

Quando accidit apa calidũ in visceribus τ accidunt horripilatiões τ febres τ nõ est ei dolor τ fit dolor vehementior τ ẽ horripila tio ĩ pmis longioris spatii: deiñ nõ cessat abbreuia ri spatiũ eꝰ additur grauitas apatis: tũc scias ꝙ apa fit exitura τ ꝙ peruenit ad collectioneꝫ sui. Et nõ fi unt dolores isti in pncipio vehemẽtiores: τ quanto plus approximat status minorãt nisi qñ eruptio fit in principio: τ solutio continuitatis τ dolor ꝑuenit ex ea: τ qñ colligit̃ τ qñ fit mã sanies quiescit ẽt cale factio fortis τ inflatio quare quiescit febris eueniẽs p cõitatẽ cordis. Et scias ꝙ durities pulsus est testi moniũ magnũ. Et qñ appet signũ exiture aldubel lati ĩ viscribꝰ τ nõ ĩduratur pulsus nõ iudices peni tus ꝙ sit exitura interior. In hꝰ i.n. fortasse nõ erit ĩ viscribꝰ: imo in siphac qd ꝑtinet viscera. Et tu qdẽ iã sentis latus in quo ẽ exitura per grauitatẽ q̃ pen det ex eo τ p dolorem.

De significatione maturatõis intrinsece Ca.xxv.

Quando accidũt significatões exiture itrin sece: deinde qescũt accidẽtia q̃ sũt ex febre τ horripilatione doloris sedatione ꝯpleta et remanet grauitas: tũc scias ꝙ sanies iã cõfirmata ẽ τ maturatio adest.

De significatione ꝓpin quitatis eruditionis intrinsece Ca.xxvi.

Quãdo redeũt dolores τ fiũt pũctiones et mordicatio et grauitas fit vehementior τ si milat̃ fe. tũc eruptio iã appropinquat. Qñ ergo ac cidit rigor subito et sedant̃ grauitas τ dolor: tũc iaꝫ eruptio facta ẽ: τ ꝓprie qñ appet sãies euata mor dicãs illud qd ꝑtransit. Et est nccũꝫ vt sit arefactio ꝟtutis τ debilitas arefaciẽs. Et quãdo exiture in trinsece fit eruptio subita τ egredit̃ res plima tũc for tasse accit pulsus cordis τ syncopis mala. Et for tasse accit mors pp resolõnẽ ꝟtutis. Et fortasse ac cidit vomitꝰ ꝟẽtris solo. Et fortasse accit sputuꝫ saniei plime subito qñ exitã ẽ in pectore. Et fõtas se accit ꝑfocatio qñ erũpit ad pectꝰ res plima subito

De curatione exituraꝝ apparentiũ Cap.xxvii.

Euacuationes qdeꝫ τ ea qbꝰ medicant̃ apa ta in pncipiis suis nisi timeat̃ reditꝰ mãei ad mẽbꝝ nobile sicut dclarauimꝰ τ ĩ hoc errãt stolidi sũt res in qbus cõicant exitura calida τ apa ta calida que nõ sũt exiture: Illd ꝟo qd ei appro priatur de regimĩe est resolõ eius qd aggregatuꝫ est in ea. Et illd est ẽm duos modos regis. Quorum vnus est regimẽ currens ẽm rectitudieꝫ qum egritu do non egreditur ab eo qd ꝯsuetũ est plim. Et est vt ingenietur in maturatione materiei vt fiat sanies in eruptione eius post illud vt tu obsues ꝟtutẽ τ con serues eã ne ꝓsternãt eã dolor τ eruptio subito. plẽs n. hoĩuꝫ mortui st̃ syncopizãdo ex arefactõe ꝟtutis. Immo oꝫ vt obsuet eã medicus qualr ꝯforet ꝟtu tẽ τ ꝯsuet eã cũ eo qd scis: q̃re oꝫ vt cibet̃ patiẽs du bellati cibis bonis nisi sit exitura ĩ viscribꝰ qñ tunc oꝫ necessario vt subtiliet̃ cibus. Et scdus est regi mẽ egrediẽs a rectitudie pp necessitatẽ dispõnis. Et

est qñ qñ egritudo est magna τ exitura ꝑtransiẽs ĩ magnitudie sua illd qd ꝯsuetũ est τ timetur festiatio rei in expectatõe maturatiõis in ea τ scit̃ ꝙ ꝟtus nõ sufficit in maturatõe illius totius. Et si admĩstratur maturatiua pducet illud ad vestigiũ imaturationis tũc necessaria ẽ pforatio cũ cautela ne ferruꝫ tãgat illud qd sequit̃ exiturã de mẽbris nobilibus ĩ tactu quoꝝ a ferro ẽ timor: τ illud ẽ qñ scseris ꝙ mã talis ẽ grossitiei ꝙ nõ maturabit̃ τ ꝙ calor inatus in mẽ bro tãte ẽ puitatis ꝙ nõ maturabit: aut timueris ꝙ ipsa pp suã abbreuiationẽ ẽ talis ꝙ alterabit̃ altera tione nõ maturatõis vere: aut exitura ẽ prope iũctu ras τ mẽbra pncipalia quare timet̃ ꝙ ipsa corrũpat ea. Et si fiducia habetur ĩ medicis facientibꝰ iuiscatõ nẽ τ maturãtibꝰ nõ elongabit̃ qn iuiscãtia ꝑbibeant penetrare ĩspiratões ĩ spatiũ τ maturatiua moueãt caliditatẽ debilẽ. Et totũ illud iuuat ad putrefactio nẽ mẽbri. In huiusmõi ergo est necessaria icisio ꝓfunda τ pforatio disrũpens deinde sequant̃ illud medicie que sunt in plrio resolõnis τ exiccatõis. Et oportet vt sint pforatio τ sectio incedentes in longi tudine villoꝝ neruoꝝ mẽbri nisi sit volũtas vt dstru atur operatio illius membri timendo casum spasmi tunc enim incide illos in latitudine τ sanabis ab eo qd timebas. Et plin quidem longitudinis villoruꝫ est cum longitudine corporis nisi in mẽbris appro priatis: τ sĩlr inuenis plin longitudine villoꝝ cum plurimo ligature τ rugaꝝ nisi in mẽbris appropria tis sicut ĩ frõte. Et oꝫ vt non approximet pforato nꝫ secto aqua nꝫ oleũ nꝫ aliqd ĩ quo sit pingue. Et si nõ ẽ excusatio qn lauet̃: tũc fiat cũ aqua τ melle: aut aqua cũ vino aut cũ aceto. Qd si vehemẽtiora fiant apata τ ĩflatio post pforatõeꝫ vaporet̃ cũ lẽtibꝰ. τ si nõ fuerit illud necessariũ admĩstrabis icarnatiua ẽt emplã. Et scias ꝙ hec perforatio ẽ generatiua virtꝰ τ sorditiei τ fistulaꝝ: veꝝ qñ nõ iuenis excusationẽ tũc nõ ẽ igeniũ aliud. Et loca ꝓueniẽtiora ad ex pectãdũ vt ĩ eis maturetur sũt loca carnosa pauco rũ neruoꝝ τ venaꝝ. Et scias ꝙ picales eleuatẽ acu toꝝ capitũ paꝝ idigẽt pforatiõe neqꝫ ante matura tionem neqꝫ post ipsam.

De regimine maturationis τ igenio ad faciẽdũ pus ĩ exituris apparẽtibus Ca.xxviii.

Mediciaꝝ maturatiuaꝝ caliditas oꝫ vt sit ꝓ xima caliditati corporis τ sit eiꝰ inuiscatio q̃ dã. De illis sũt ĩ pmis gradibꝰ ẽbroca cũ aqua tepida: τ emplastratio cũ farina tritici aut ordei: et triticeũ masticatũ ẽ melius in hoc: τ panis cum pice aut cera: τ crocus τ puluis olibani τ pix cum oleo ros. aut adeps porci: aut emplin de maluauisco τ se mine lini. τ iteꝝ emplin de ficubꝰ siccis dulcibꝰ gras si pinguibꝰ sol: aut cũ farina ordei iteꝝ τ ꝓpe si pona tur ĩ ea isopꝰ τ origanũ siluestre aut aggreget̃ cũ aq̃ in qua decoquant̃ cũ pauco sale non superfluo: Et qñ ponit̃ ĩ eo adeps aut oleũ aut fortiꝰ illo due ptes glutis albotin. Et medicie ꝯposite ex vuis passis et storace τ galbão τ myrrha τ laudão τ resina τ bu tyro τ mastice τ isopo humida τ radice cucumeris asi. τ radice sãguis dra. Et emplin Gal. cũ oleo de kerua absꝫ cera τ ꝓpe qñ soluit̃ hoc emplꝫ in oleo τ silr emplin didimos τ emplã basilicon. Et de bo nis in hoc ẽ medicamẽ de lapide marchasite cũ am moniaco qd desuper ponatur donec cadat per se.

De regimine exituraꝝ qñ mature sũt Ca.xxix.

QUm inuenis exiturā grosse cutis cū matu
ratione ei⁹ nō speraṫ ipsi⁹ eruptio: ⁊ sūt illic
vene ⁊ corde ⁊ nerui: tūc oꝫ vt perfores qm̄
si dimiseris saniē corrūpeṫ ⁊ corrūpet ⁊ corrodet ve
nas ⁊ villos neruoꝝ. Et illud quidē vehemēti⁹ erit
qū fuerit ꝓpe iūcturas: ⁊ tu qd̓ q̄re cū tua pforatio
ne locū saniei. ¶ Et sis sollicitus vt cadat porta pfo
ratōis iferi⁹ nisi vbi nō ē posse. ⁊ si illud qd̓ ē sup exi
turā fuerit grossū ⁊ secueris tūc seca portaꝫ tm̄: qm̄
adherebit grossuꝫ cuꝫ eo qd̓ ē post ipsuꝫ: ⁊ si fuerit
extenuatum tunc seca totū eius in longū. ¶ Et scias
ꝙ loc⁹ i quo ē sanies declaraṫ p tactū ⁊ qn̄ tāgiṫ cuꝫ
digito ꝓpe: ⁊ tu obserua cū digitis aliis saltē alteri⁹
man⁹ an expellaṫ aliqd ex cisti. Et loc⁹ qdē saniei ap
paret ex declinatiōe coloris ad albedinē ⁊ dū nō ē
matura ē decliuis ad rubedinē. Et qn̄ꝫ ē loc⁹ saniei
decliuis ad rubedinē ⁊ citrinitatē quꝫ sanies nō est
bona substentare i tactu absqꝫ visu: veꝝtn̄ visus est
adiuuās. ¶ Oꝫ ergo vt i sectōe ꝯsequaris lineas na
turales ligature nisi que sunt apud fumen nisi apd̓
necessitatē ⁊ i mēbris diuersificātib⁹ sitū villoꝝ i lō
gitudine sua loco ligature. Naꝫ si tu secutus fueris
illd̓ i pforatiōe exituṙ que est sup frōtē. s. ligaturā ca
det cutis frōtis sup faciē: imo oꝫ vt tu diuersifices li
gaturaꝫ. In eis vō q̄ sūt sicut iguina oꝫ vt vadas cū
ligatura i latitudine cutis. Et qū tu pforaueris exitu
rā et extraxeris qd̓ i ea ē: tūc necessarium ē vt tu suc
curras ad ꝯglutinādū cutē cū carne vt nō rūpaṫ et
indurescat ⁊ fiat taliter ꝙ nō ꝯglutineṫ q̄ꝛ fiat sin⁹ q
nō cesset ipleri ⁊ redeat silis exiture p̄me. ⁊ quotiēs
mūdificaueris nō moretur iteꝝ qn impleatur ⁊ fiat
in vitate de genere fistulaꝝ. ⁊ an̄qꝫ facias ipaꝫ ꝯglu
tinari i hora oꝫ vt mūdes eā. ⁊ si tibi necessariū fue
rit vt in ipsa intromittas radiuꝫ sup cui⁹ caput sit pā
nus asper cū quo mūdifices ipsā ⁊ frices: deide fac
ipsaꝫ adherē ⁊ cōserues eā cū ligatura ſꝫ ꝙ dicem⁹
de ligaturis cauernaꝝ ⁊ vlceꝝ ꝓfūdoꝝ erit ꝯueniēs
valde. ¶ Et oꝫ vt tu obserues i pforatōe illud qd̓ di
xim⁹ d̓ cōditōib⁹: deinde pfora i loco maturiore ⁊ p
te lōgiore a venis arteriis ⁊ cordis. ¶ Inqt antilus
Si exitura fuerit i capite: tūc sectō ei⁹ sit sectio equalꝛ
⁊ sit cū radice natiuitatis piloꝝ ne sit trāsuersa in ea
vt cooperiāt eā pili ⁊ nō ostēdaṫ qū sanabiṫ. Dixit
Et qn̄ ē loc⁹ ei⁹ occult⁹: tūc ei⁹ pforatio sit lata et si ac
ciderit in naso pforabim⁹ eā equalē cū quātitate lon
gitudinis nasi. Et si fuerit ꝓpe oculuꝫ pforabim⁹ eā
pforatione simili capiti lune noue ⁊ faciem⁹ tortuosi
tatē iferius. Si āt acciderit i mādibulis secabim⁹ eā
equali sectione: qm̄ ꝯpō h⁹ loci ē equalis ⁊ sciṫ illud
ex corpib⁹ senū. Post aures vō perforam⁹ illud eq
liter. Brachia āt ⁊ cubitos ⁊ manus et digitos et i
guina oia pforam⁹ i lōgitudie. Inquit: Et si fuerit ꝓ
pe coxas perforabim⁹ eā perforatione rotunda. ⁊ p
foratio qdē rotūda ē q̄ apprehēdit cū apprehensiōe
sua i longitudine corporis aliquid de latitudine ei⁹
Inqt: Qm̄ qū locus iste nō perforaṫ rotūde possibi
le ē vt aggregenṫ in eis materie et fiant fistule. Et silr
ēt perforatur qd̓ ē prope anū ꝓpter locū humidita
tis que aggregantur in eo. Et in latere et costis per
foratur aperiendo. In testiculis vō et virga equalr
Inqt: Et sim⁹ ꝓmpti ut sp ꝯsuetū sit sequēs figurā lo
ci q̄ꝫto plus potuerim⁹ super ipsum. Coxe autēꝫ et
adiutoria secanṫ i longitudine et conserua vt non le
das neruos. ¶ Et scias ꝙ pforatio diuersificaṫ ſm

loca: qm̄ qn̄ ē apud oculū: tūc pforatio eius ē lata si
milis situi oculi et in naso ē cū lōgitudine nasi: et in
mandibula ē cū longitudine mādibule: ⁊ prope au
rē secanṫ equaliter: qm̄ ꝯpositio hui⁹ loci ē equalis
⁊ cognoscitur illud ex corporib⁹ senū. Post aures
vō perforatur equaliter. ⁊ in brachiis ⁊ cruribus et
coxa ⁊ virga totū equalr fit in longitudie. ¶ Et silr
in lacertis ventris: ⁊ i dorso ⁊ inguibus ⁊ subascell
pones eā pforatōm accipientem ex latitudine etiaꝫ
ne fiat in ea sinus q fiat fistula. Et silr in ea que est ꝓ
pe anū accipe de latitudine etiam ne ꝓueniat sinus
⁊ fiat fistula. ¶ Et testiculi ⁊ virga equalr in lōgitu
tudie. Et i latere ⁊ costis accipe in latitudine ēt vt sit
transuersa: qm̄ situs costaꝝ ē similiter ⁊ caro que est
super eas. Inquit: Cōsidera sēper sitū carnis ⁊ vil
los lacertoꝝ: qm̄ nō sum⁹ ꝓmpti nisi ad hoc vt per
foremus cū imitatione loci vt nō proueniat incisio:
⁊ sit locus icarnatōis bonus non grossus. ¶ Et sit i
oi dispositione studiū tuuꝫ ne incidas arteriaꝫ neqꝫ
venā magnaꝫ aut neruuꝫ aut villos lacerti: ⁊ perfo
ratio sit ſm magnitudinē exiture. sed si fuerit parua
⁊ currit qd̓ ē in ea ex loco vno: tunc seca eaꝫ in loco
vno. ⁊ si fuerit magna tunc pfora eā ex principio de
inde intromitte digitū tuū indicē sinistrum in eo ⁊ p
fora eaꝫ vbi peruenerint caput eius: deide intromit
te ēt in foramine 2° ⁊ ſm hoc donec venias sup eaꝫ.
Et si exiture fuerit locus sufficiēs ex quo sit posse exi
re qd̓ ē in ea perforabim⁹ ipsā in illo loco. ⁊ si fuerit
rotunda aut fuerit ei figura ne egrediaṫ quod est i
ea ex perforatione vna perforabim⁹ eā i interiore p
te sui i duob⁹ locis aut tribus ſm q̄ꝫtitatē quaꝫ scis
ꝙ oē qd̓ aggregat i ea currit i hora. Inqt: nisi sit ex
itura cōiuncturalis aut mēbꝝ nobile aut mēbꝝ ꝓ
pinquꝫ ossi aut panniculo festinabim⁹ in perforatō
ne eius an̄qꝫ ꝯfirmeṫ eius maturatio ne pus corrū
paṫ aliquid de his mēbris. dico ergo istud ē regimē
qn̄ nō inuenim⁹ excusationē de perforatione. Si āt
speramus ꝙ rūpaṫ per se non perforabim⁹. ⁊ silr si
speram⁹ ꝙ ipsa erūpaṫ p medicinas facientes erup
tionē: fortasse. n. inuenim⁹ in medicinis faciētib⁹ eru
ptionē qd̓ stat loco perforationis. Et multotiēs per
foraṫ cutis perforatione aliq̄ aut accipiṫ de ea aliqd
postea poniṫ super eaꝫ eruptionē faciens vt sit ei ꝓ
fūdatio. ¶ De eruptionib⁹ exituralibus Ca. xxx.

EXituras quidē saluas in quibus non ē ma
gna malitia aperit aqua calida ⁊ erūpit eas
putrefacte aūt leduṅt ex h⁹ vehemēter ꝓp il
lud qd̓ attrahiṫ eis ex mā. Et qū vides exiturā quā
aqua calida rectificat: tūc ꝯfide de bonitate eius.

¶ De cura Ca. xxxi.

ET scias ꝙ emplastratio cū radice narcisci
rūpit oē prauū ⁊ proprie cū aqua ⁊ melle
bulliat totū illud cū oleo de lilio aut irino aut radix
cāne recēs cū melle aut pice sicca cū sorditie alueari
um apū: aut emplm̄ arbosilos: aut sumaṫ cere ⁊ re
sine ⁊ butyri oium an̄. lb. i. ⁊ picis sicce ⁊ mellis am
boꝝ an̄. lb. 5. ⁊ floris eris. ʒ. iii. ⁊ olei quantū sufficit
Et medicamē de alleis ē bonū valde: aut sumātur
āmoniaci. vi. cere. iiii. glutinis albotin. iii. sulfuris ci
trini. iii. nitri. iii. ⁊ fiat ex eis emplm̄. Et d̓ illis q̄ nos
experti sum⁹ ē vt sumāṫ medulla grānoꝝ cotti ⁊ nux
rācida ⁊ fermētū ⁊ caules decocti ⁊ cepe decocte et
synapis ⁊ fimus colūbinus et fiet ex eis emplm̄: rū
pit. n. velociter. Et iterū diaquilon solutū in mucila

gine synapis et sapõe associatũ cũ ficub⁹. Et de me
dicinis erũpẽtib⁹ stãtib⁹ loco psorationis ẽ vt admi
nistret eplm factũ ex melle anacardos ⁊ pice humi
da q̃ duo aggregent cũ igne eq̃liter: deĩn ponant su
per exiturã p diẽ mediũ: qm̃ rũpet eã. Et de eis ite
rũ que sunt fortia ẽ vt sumant alkali ⁊ calx nõ extin
cta ⁊ ponantur in submersione sui ⁊ media aque: d̃
inde coletur postq̃ȝ bulierunt ⁊ sint i illa aqua alka
li ⁊ calx: deinde sumãt ⁊ ponantur in caldariũ d̃ ere
⁊ ponantur sup prunas ⁊ ꝯgelẽtur in salẽ. Et sumat
de hoc sale aliqd ⁊ quantũ ẽ quarta eius de sale am
moniaco ⁊ ponatur in mucilagine nasturtii i qua sit
aliquid de melle anacardi ⁊ admĩstretur. Aut sumã
tur cantarides ⁊ terãt ⁊ ponant super oleũ vetus ⁊
ponant sup ignẽ leuẽ. s. ignẽ prune donec totuȝ coa
gulet: deinde teratur sicut teritur ẽplm ⁊ ponat sup
ipsũ mel anacardi ⁊ proprie si ponat i eo stercus ac
cipitris aut sterc⁹ passeꝝ aut sterc⁹ anatis. Et quidã
iã dixerunt alkebikeȝ. ¶ Et de medicinis resoluenti
bus ẽ oẽ calidũ resolutiuũ iteratũ sup mẽbꝝ cuȝ ra
rificatione membri ⁊ raritate eius cũ vaporationi
b⁹ facientibus illud de illis i quib⁹ est humiditas ca
lida ⁊ q̃ȝto plus resoluit emplastret multotiens lo
cus ⁊ embrocet. Et oȝ ne vacuuȝ sit regimen a me
dicis lenientib⁹ donec leniatur durities ipsius: qꝛ ne
cessariũ est vt administrent lenientia sola. Et iste me
dicine resoluentes saniẽ sunt de sũma albaurach et
synapis ⁊ stercus auiũ et arsenicũ ⁊ calx ⁊ cordume
ni ⁊ misceant cũ eis que sunt sicut tues ⁊ glutinũ al
botin ⁊ mastix ⁊ aldibic ⁊ aggregẽt cũ aceto ⁊ oleo
antiquo: ⁊ medicamẽ factũ cũ allei aut ex albacoẽ
aut ex piretro ⁊ staphisagria ⁊ baurach cuȝ melle.
Et ante oia ista mũdetur locus cũ aqua calida. Et
medicamẽ de marchasita cui⁹ descriptio: ℞. lapidis
marchasite. ʒ. xii. ãmoniaci tm̃dẽ farine farine faba
rũ. ʒ. vi. misceat cũ resina hũida ⁊ liniatur super cu
tẽ ⁊ ponatur super saniẽ donec cadat per se. ⁊ oȝ vt
admistretur statiȝ: qm̃ exiccatur velociter. Et medi
camẽ factũ ex salis ãmoniaci q̃ȝtitate ptis vnius et
ex bezabard q̃ȝtitate quarte ptis vni⁹: ⁊ ex lithagirii
quãtitate ptis vnius ⁊ tertie ⁊ ex olei antiqui quanti
tate partis vni⁹ ⁊ duaꝝ tertiaꝝ ptis: sumatur ex eo li
nimẽtũ. ¶ Et qñ nõ cõferunt medicie sicut predixi
mus necessarium ẽ perforare aut cauterizare.

¶ De regimine exituraꝝ intrinsecaꝝ Ca. xxxii.

Adubellet quidẽ intrinsece oȝ vt regãt cuȝ
euõne ⁊ proprie qñ cholera ẽ egrediens in
egestione ⁊ vrina significat q̃ sãguis totus
ẽ malus. Qñ vo verificat existimatio medici q̃ san
guis est bonus pter illũ quẽ expellit ad exiturã ⁊ p⁹
euõneȝ tũc oȝ vt maturetur cũ medicis eq̃lib⁹ sicut est
vinũ tenue subtile qũ bibitur paulati. ¶ Et illõ cui
intendũ ẽ in maturatõe exq̃sitissia eoꝝ sit medicine
subtiliatie exiccatiue sicut myrrha ⁊ ciamomũ ⁊ sĩli
que spẽs ⁊ ꝯsequãt cũ potu vini subtil' qd̃ ẽ ad albe
dieȝ decliue. Et d̃ ꝯpositis sũt tiriaca ⁊ mithridatuȝ
⁊ homorusia: ¶ De aldemenul Cap. xxxiii.

Aldemenul iteꝝ sũt de genere exituraꝝ. Et
plm eoꝝ fit ex malitia digõis ⁊ ex motib⁹
sup replõem ⁊ q̃ currũt cursu illoꝝ. ¶ Et
deteriores aldemẽul sunt q sunt pfundiores.

¶ De cura aldemenul Capi. xxxiiii.

Quãdo appent aldemenul tũc eoꝝ cura cir
citer tres dies est cura apatuȝ calidoꝝ: dein
de post illud oportet vt sit occupatio in resoluendo
⁊ maturãdo: fortasse. n. resoluentur ⁊ illud est scdm
min⁹ ⁊ fortasse maturãtur. Et nõ oȝ vt sit negligẽtia
in curatõe aldemenul: m̃ltotiens. n. ꝯuertitur ad exi
turã magnã. Et cura ei⁹ est euo sm̃ q̃ȝtitatẽ necessita
tis phl'omie ⁊ solõnis ventris. Et qũ fuerit in alde
menul pulsatio ⁊ basis radicis tunc ẽ necessaria ma
turatio ergo adiuuetur ad illã. Et illũ qdeȝ qui pas
sus est multitudiem agressiõis aldemenul liberat so
lutio ventris ⁊ rarificatio cutis cũ balneis admĩstra
tis semp ⁊ exercitio. ¶ Et de maturatiuis quidem
est semen almaru tritũ cũ lacte aut ficubus aut cum
ficubus ⁊ melle: ⁊ ficus cũ melle ipo. Et triticũ ma
sticatũ est bonũ ad maturatõm eoꝝ. Et silr passe ꝯ
fecte cũ baurach: Aut fic⁹ cũ synapi pmixte cuȝ olo
de lilio ⁊ medicamen aldemenul cognituȝ: Et medi
camẽ diserñito notũ: Et medicañ cui iest iste mod⁹
maturat: ℞. butyri. ℥. i. ⁊ mediã fermẽti acetosi. ℥. i. ⁊
semis almaru triti ⁊ psilii oiuȝ añ. ℥. i. s. lactis fici. ʒ.
iiii. feugreci ⁊ seminis lini oiuȝ añ. ʒ. v. bulliãt i lacte
⁊ admĩstretur: ipȝ. n. est iuuatm̃ tempatũ. ¶ Et quȝ
aldemenul difficulter venit ad pus ⁊ cũ qete calidi
tatis grauis tunc phl'oma venã que imbibit ipm de
sde ventosa locũ ⁊ nõ facias istud in pncipio qm̃ e
gredietur sanguis virulẽtus ⁊ retiebitur grossus ⁊
fiet illic vlc⁹ durũ. ¶ Et qñ maturatur ⁊ nõ apitur
psora ipm aut cũ medicis aut cũ ferro aut sm̃ q̃ dic
tũ est in exituris. Et de bonis erũpentib⁹ est istud: se
men lini fimus colũbinus ⁊ fermentum.

¶ De Moro. c. xxxv.

Hoc est apa molle ex carne addita qd̃ accĩt
in carne rara. Et plm e⁹ fit i ano ⁊ vulua. Et
qñȝ est saluum ⁊ qñȝ est malignum dolorosuȝ.

¶ Tractatus secundus de apatibus frigidis ⁊ que
currũt cursu eorum Ca. i.

HUmores frigidi ⁊ qui currũt
cursu eoꝝ i corpe
sũt phl'a ⁊ m̃lia ⁊ vẽtositas ⁊ ꝯposi
tũ ex eis: ⁊ tu iã sciuisti spẽs eoꝝ. Et
apata f'ra aut sũt phl'atica aut meli
ca: aut venosa: aut cõposita. ¶ Et
apata phl'atica aut sũt simplicia ⁊ noiant apata mol
lia: Aut aquosa sicut accĩt mẽbro aliquo vt i eo ag
gregetur aqua sicut hydropisis pprie: Aut dubellꝫ
in quo sũt sicut nodi lenes: Aut dure sicut scrophl'e
⁊ nodi duri. Et melica aut sephiros aut cancer: ⁊ tu
scies dĩam iter vtrosq̃ȝ. ¶ Et vẽtosa aut sũt eleuatio
inflatio. ⁊ eleuatio qdem est qñ vẽtositas pmiscetur
substãtie mẽbri. Et inflatio est qñ est vẽtositas aggr̃
gata in spacio vno fixa in eo. ¶ Et qñȝ ꝯponũtur il
la apata adinuicem ⁊ cũ calidis ex eis.

De apate molli phl'atico qd̃ noiat vndimia Ca. ii.

Est apa albũ molle in quo nõ est caliditas
⁊ q̃ȝto plus m̃a est subtilior ⁊ magis madi
da est mollificatio e⁹ vehemẽtior ⁊ digitus fa
cilius penetrat in eo qd̃ ꝯprimit cũ phibitõe eius
qd̃ est in eo qd̃ nõ est in eleuatõe. ⁊ q̃ȝto plus m̃a est
grossior est ad duritiẽ ⁊ frigus decliue. Et plm e⁹ est
a vapore phl'atis ⁊ ẽ de genere eleuatõis. Et differt
vndimia ab apatib⁹ melicis p paucitateȝ duritie i ⁊
paucitatẽ obfuscatõnis. Et qñ accĩt ex pcussiõe ⁊ si
milibus ⁊ nõ occurrit m̃a que attrahitur ad locũ e⁹
nisi phl'a tũc nõ apatur pter apa p latis ⁊ illud est
paꝝ ⁊ nõ euatur ex dolore.

De curatione apostematis mollis Capi.iii.

EVacuatio qdem q̄ fit cū solutōe ventris et
abstinētia ab eo quod gnāt phlegma ē res
q̄ est necīa. Et qū factū fuerit istud oꝫ vt' sit
repcussio eius in pncipio cū eo quod aggregat exic
cationē ⁊ resolutōm: ⁊ oꝫ vt fricetur locus cū mādi
li fricatōe dura: deiñ admistrentur sup ipꝫ exiccatia
⁊ nō oꝫ vt ꝯtangat ipm aqua. ⁊ de illis q̄ bona sūt i
pncipio est vt admistretur sup ipm spōgia noua isu
sa i aceto ꝯmixto aut isusa i aq̄ baurach ⁊ cineris.
In substātia enim spongie sunt exiccatō ⁊ resolutō
⁊ quotiens additur egritudo ponatur acetū in quo
infunditur spongia fortius parum: ⁊ apud statum p
ueniatur cū ipo finis in fortitudine: ⁊ administret so
lū cū spōgia ⁊ ꝑmixtū cū oleis vehemētis resolutōis
⁊ in illa hora iteꝝ administra spongiā infusā in aqua
cineris fici ⁊ vitis ⁊ ilicis ⁊ similiū. ⁊ oꝫ vt ꝯphēdat
spongia oīa latera ne declinet mā ad latus aliud.
Et qñꝫ admistras loco spōgie qū nō inuenitur pan
nus duplicatus in duabus tūicis cū aqua cineris. ⁊
qñ assiduat sr ipꝫ vna vice p⁹ aliā fōtasse sufficit. ⁊ aq̄
calcis est fortior. Et de illis que ꝯferūt iterum est
oleum roß. cum aceto ⁊ sale ⁊ sulfure ꝯbusto. ⁊ ipm
sulfur est bonuꝫ. ⁊ cicer cuꝫ aqua caulis ē mirabilis
iuuamīti. ⁊ memithe in pncipio soluꝫ et cuꝫ qbusdā
exiccantib⁹ calidis est bonum. ⁊ strictura cuꝫ ligamē
tis ꝯfert ei in quo nō est mā grossa. ⁊ oꝫ i illa ligatā
vt sit iceptio ab iferiore ad supius. ⁊ succus myrthi
est bonus in pncipio ⁊ bonitas e⁹ post illud ē vt cuꝫ
eo ꝯficiantur medicine post ⁊ cū hoc apā est in mē
bro neruoso spisso aut ligamēto aut corda ꝑmiscea
tur in medicis quod incidat cū lenificatōe. Et qū
ē cū hoc dolor pp cām que dicta est tūc oꝫ vt sedet
dolor in pmis cū his q̄ sūt sicut isop⁹ hūida ⁊ vinuꝫ
coctū ⁊ ceratāria ex oleo ⁊ vt admistret ēbroca cuꝫ
vino stiptico nigro ⁊ post illud admistret cum ciner
⁊ similib⁹. Et de epithimatib⁹ bonis est vt sumantur
myrrha ⁊ liciuꝫ ⁊ cipi ⁊ aloes ⁊ crocus ⁊ acatia et
boliarmeni paꝝ ⁊ ꝯficiantur cū aceto ⁊ aqua caulis
⁊ iteꝝ folia tamarisci ⁊ sal ⁊ oleuꝫ ⁊ boliarme. em
plastrata cū aceto. ⁊ iterum ei quidē cui⁹ antecessit
dolor sumant sordes balnei ⁊ bulliāt cū aqua ⁊ in
spissetur cū calce q̄ ponat i ea dōec fiat sicca massa
mollis ⁊ liniat: ⁊ iteꝝ liniant loca cuꝫ oleo ⁊ ponat
desup spongia aut lana ibibita aceto ⁊ ligetur sup
ipꝫ. ⁊ medicamē de fermēto ē iuuatiuuꝫ: ⁊ de eis q̄
sunt iuuatiua ē vt sumant folia lilii ⁊ conterāt bene
⁊ exprimantur ⁊ supponant: ē. n. mirabile: ⁊ silr alu
mē ⁊ liciū cōtrita cū aceto ⁊ aqua cineris. ⁊ de epi
thimatib⁹ fortis iuuamēti ē istud: stercus vaccinuꝫ ⁊
olibanū ⁊ storax ⁊ vsnee ⁊ calamus aromatic⁹ ⁊ spi
ca ⁊ absinthiū ⁊ oīa iuuatiua ⁊ oēs medicine predi
cte in arcolis apatuꝫ rememorate in antidotario: ⁊
qñꝫ confert molliciei accidenti in apatib⁹ pregnātiū
vt submergat sūmitas cāne de qua fiunt scope i ace
to ⁊ ponat desuper. ⁊ meli⁹ eo ē illud qd̄ fit post cō
tritionē ex chimolea cū aceto ⁊ anetū: ⁊ de embro
cis decoctio cauliū ⁊ aneti aut decoctio corticū ci
tri: ⁊ molliciei que est sequēs hydropisiꝫ ⁊ egritudi
nes alias queritur cura que est cause.

De nodis Ca.iiii.

NOdi sunt dubellet phlatice comprehendē
tes humores phlegmaticos aut generatos
a phlegmate q sūt facti sicut caro aut sicut puls aut
sicut mel aut sicut aliud: ⁊ proprie qui eueniūt i cur
uaturis iūcturaꝝ aut res dura. Nō ē longinquū
qn necessariuꝫ faciat eius obuiatio esse melancholi
cā: verū nos posuim⁹ eā phlaticā: qm̄ radix illius
duri ē phlegma cui accidit vt dsiccaret grosse. ⁊ qñꝫ
accidit vt nodet neruus ⁊ similatur nodo ⁊ non sit
de nodis: ⁊ differt a nodis per hoc q nō separat ex
oī parte ⁊ nō separat i longitudine: imo dextra ⁊ si
nistra multotiens accidit ex pcussione qd̄ assimilat
nodis. Qū ergo curat i principio cū strictura sup
posita remouetur et resoluit.

De cura Ca.v.

NOdorꝝ q sunt glādosi curatio ē incisio et p
foratio nō aliud: ⁊ similiter curatio valēs i
duris ⁊ similibus. Inqt antilus: tende i
primis cutē que ē sup nodos cū manu tua sinistra:
aut minister extēdat cā tibi fm modū q ē possibilis
Verūtñ oꝫ ne secent cistis nodi: qm̄ illud prohi
bebit te vltimare excoriationē. Et qū extēderis ti
bi cuteꝫ bene: tunc seca eā cū facilitate: qm̄ possibile
ē qñꝫ vt velamē nodi tēdatur cū eo in dispōnib⁹: tar
da ergo donec appareat tibi velamē nodi: deinde
extēde tibi cutē vtriusqꝫ lateris cū vncis ⁊ incipe ex
coriare cistiꝫ a carne: qm̄ possibile ē excoriare ipsaꝫ
⁊ fortasse ē annexa ei ⁊ tunc excoria ipsā cum game
di donec egrediatur cistis sana cū eo quod ē in vē
tre eius: illud. n. ē magis certū qd̄ cē potest. Quꝫ er
go extraxeris illud si cutis nō superfluit a loco vul
neris pp puitatē nodi: tunc absterge sanguinē ⁊ ab
lue vuln⁹ cū aqua mellis ⁊ sue eaꝫ ⁊ icarna. Et si ma
gnificat super ipsuꝫ plurimū pp cōpressionēꝫ nodi:
tūc abscinde radicē eius totā: deinde cura. Et si no
dus ē vicinus neruo aut vene ⁊ de illis qui excoriā
tur: tunc necesse ē excoriare ipsū: ⁊ si ē de illis qui ex
coriantur q nō indigēt excoriatione cū gamedin et
timetur q abscindet aliquid de illo: tūc extrahe ex
eo illud qd̄ egredit ⁊ pone i residuo medicamē acu
tū ⁊ nō incarnes ipsū donec scias q nō remāsit in
mine.ii. ⁊ .ß.de baldac: terant ⁊ ꝓiciant in ollaꝫ no
uaꝫ: ⁊ ꝓiciāt desup de aq̄ cū mēsura q̄ soluant. ⁊ qñ
liquefiunt remoueant ab igne ⁊ puluerizent desup
medicine ⁊ ꝯficiant cū eis bene: deinde fiant ex eis
forme siles auellanis: quaꝝ vnaqueqꝫ sit vnus aur.
⁊ det i potu oi die.i.in ieiuno cū aq̄ tepida aut vino.

De modo confectionis alsulendati.

ET est medicamen indū magnū in via albe
de rauilui: ⁊ ipm cōfert iteꝝ ad casū palpe
braꝝ ⁊ albedinē capilloꝝ ⁊ asma ⁊ tremo
reꝫ cordis ⁊ tēporē appetitꝰ ⁊ fluxū ventris supfluū
⁊ hydropisim ⁊ ictericiaꝫ ⁊ paucitatē seis ⁊ fistulas
⁊ canitiem senum: ⁊ cōfert pruritui ⁊ vlceribus: ℞.
alsulendati mūdate ablute ducentos sexaginta aur.
Et alsulendati quidē est vrina hircoꝝ montanoꝝ
Et illud est qm̄ ipsi mingunt diebus estuationis sue
sup lapides in monte qui noiat alsulendati: ⁊ deni
grant lapides: ⁊ fit sicut pix piguis subtilis. Et my
robal.belliricoꝝ ⁊ emblicoꝝ ⁊ piperis ⁊ macropi
peris ⁊ lauri ⁊ nucis muschate ⁊ cinami ⁊ macis ⁊
xyloaloes ⁊ darkele ⁊ spodii ⁊ attemet ⁊ burūgi ⁊
merenis oium añ. aur.iiii.bdellii.cc. ⁊ .lx.aur. ⁊ zuc
cari tabarzet.c.xxxiiii.aur. ⁊ auri rubei ⁊ argēti me
ri ⁊ eris rubei ⁊ ferri ⁊ allobonoc ⁊ alfelud oim añ.
aur.c.cōburant mineralia: ⁊ terant ⁊ triconizentur
cuꝫ medicinis ⁊ misceant oia cuꝫ melle ⁊ butyro ⁊
reponant in vitreata viridi: cuius dosis sit duoꝝ au
reoꝝ cū lacte caprino aut aqua tepida. ⁊ addāt i eo
de melle dispūato aur. xxxvii. ⁊ butyri aur.xxxiiii.
qm̄ eius decoctio erit bona: verūtñ crescit ⁊ peruēit
ad finem in.xxi.die.

De modo adustionis alfelud.

MAlleando fiunt lamine de ferro: deide đco
quant myrobalani bellirici ⁊ emblici ⁊ co
let aqua eoꝝ ⁊ ponant in vas eris ⁊ accen
dat sub eo ignis leuis ⁊ calefiat alfelud donec rube
at ⁊ ignituꝫ submergat in illa aqua: deide redeat ad
ignē ⁊ rubeat. quꝫ ergo rubuerit submergat iteꝝ in
illa aqua ⁊ fiat illud.xxi.vice: deinde colet aqua illa
⁊ sumat fex in qua residet aliquid đ felud: deinde re
ducat vas super ignē ⁊ ponatur in eo vrina vacce ⁊
igniat ferruꝫ ⁊ submergat in ea iteꝝ.xxi.vice: ⁊ sūat
iteꝝ fex eius donec remaneāt de fece eius aur.viii.
Et silr fiat de ere donec cōpleant ex eo iteꝝ.viii.au.
Argentū vo limet cū lima donec fiat sicut terra. de
īde decoquat cū aqua salis in cochliario ferreo do
nec adurat bene. si āt nō adurit ꝓiciat i cochliariū
paꝝ sulfuris citrini qm̄ cōburet: ⁊ sūant de eo.viii.
aur. ⁊ totū illud sit tritꝫ ⁊ cribellatū. Auri vo ꝯ
bustio est ita: oꝫ vt auꝝ limet donec fiat sile terre ⁊
sit cū eo aureus vnus ex amioch ⁊ remaneat cum
auro donec liquescant vtraqꝫ simul: deinde dimitta
tur p horā.i. deinde limet iteꝝ ⁊ addat sup ipꝫ aur.
vnꝰ ex alamioch: ⁊ limet iteꝝ cum lima: deinde frica
tur in cochliario ⁊ fundat super ipsuꝫ aqua salis: ⁊
ferueat donec ꝯsumat aqua ⁊ remaneat aurū ⁊ ala
mioch: deinde terat in mortario bene donec fiat sic
puluis: ⁊ misceat cuꝫ medicinis. Mundificatio
āt alsulendati est fm̄ hunc modū: sumat de aq̄ alba
sce ⁊ vrina vacce: ꝓiciant ambe sup alsulendati in
vase nouo in tāta q̄ꝫtitate q̄ submergant ipm: ⁊ po
nat in sole calido hora.i.deinde fricet vehementer ⁊
colet aqua ab eo in vase nouo ⁊ ponat in sole tribꝰ
diebus: deinde colet ⁊ sumat fex eius spissa: deinde
sumant aqua albasce ⁊ vrina super alsulēdati: ⁊ pul
uerizet sicut puluerizata fuit pus: ⁊ fiat illud tribus
vicibus: deinde ponat in sole.xxi.die donec igros
set: ⁊ fiat similis melli ⁊ denigret sicut pix.

De modo alsulendati minoris.

ET iuuamenta eius sunt sicut iuuamēta ma
ioris: ℞.alsulendati colate pteꝫ vnā ⁊ alcor
ptes.iiii.terat alcor ⁊ misceat cum eis q̄ꝫtuꝫ
est pondus eoꝝ de melle ⁊ q̄ꝫtū ipm est de zuccaro
⁊ q̄ꝫtuꝫ est medietas mellis de butyro vaccino ⁊ re
ponat in vitreata. ⁊ dosis eius sit aur.i.cuꝫ lacte vac
cino tepido. Modus medicamēti ꝯferētis lepre
℞.myrobal.nigroꝝ mūdatoꝝ ⁊ myrobal.citri.mū
datoꝝ ⁊.ʒʒ.oim añ.ʒ.x.ameos.ʒ.v.althit botribus
deguarich: aque deguarich ⁊ aldeguarich ē q̄tuor
libr.debaldach donec consumantur due tertie ⁊ re
maneat: deiñ exꝓmat ⁊ colet ⁊ ꝓiciat sup colatū de
melle qđ sufficit ei ⁊ det i potu đ eo.lb.i. ⁊ iungat sr
totū corpus infirmi butyruꝫ vaccinuꝫ: Et sedeat in
sole donec sudet: Et precipiat vt ambulet post illud

lxx. passibus: Et iaceat aliquādo sup latus suū dextrū: et aliqñ sup latus suū sinistrū: et semel sup ventrē suū: et semel sup dorsū suū: Et cibetur pane et melle q̄titate abbreuiata vii. diebus ita vt liniantur ei medicine omni die.

De modo epithimatis lepre.

Sumat serpens niger excoriatus et decollet et ponat in vas et fundant sup ipsum de aceto forti. ℥. viii. aque. ℥. i. et alseitaragi hūidi et radicū draconte ābor añ. ℥. xii. decoquat sup ignē leuem donec decoquat serpens: deinde colet cū panno et separent ossa a carne: deinde ponat fex in vase vitreo. Qñ g° volueris curationē precipe ei vt radat pilos supcilior et cap et lini desup ex illo trib° dieb°. Modus epithimatis alteri°: ℞. staphisagrie et myrobal. nigror mundator et emblicor oim añ. ptes i. fricant cum oleo antiquo et liniat cū eo latus vel locus postq̄ abluit cū decoctōe senticis curationū et balaustie. Et iter cōburant myrobalani et galle et liniant desup cū aceto. Cibi aūt eor sunt oīa q̄ sīt velocis digestiōis boni chimi sicut carnes volatiliū notor. s. ear illedebegi et pisces hūidi leuis carnis cū speciebus que sunt necessarie. Et melior cibus eorū est panis de simila mundus et panis cādarusii et sorbitiones facte ex eis et olera humida et ē necūū vt pmisceant cū eis que sūt sicut sicla et rhaphan° et porri. Et nō oz vt negligat administrare incisiua et ppie ante mundificationē: sicut capparis et feniculū et porri: ista ei mundificant eor cibos a superfluitatibus et ppant supfluitates expulsioni. Qñ g° administraueris medicinas laudabiles: tūc administra ēt h° regimē. Et pisces saliti in hoc ca. sūt valde boni eis et nos pmptiores sumus sup ista qñ volumus vt faciamus eos vomere aut ventrē eor soluere. Et caulis pfert eis cū pprietate sua. Et pāis cū lacte et melle et ficus et vua et passule et amigdale torrefacte et cartami et pinee: et que fiunt ex istis pferūt eis. Et oz vt comedat in die bis fz mensuram digestionis. Nam sel comedere nocet eis Et nō bibat vinum quum excitat egritudo nisi paruū. Et qñ qes ē egritudinis bibat de sbtili qd nō ē antiqū q̄titate tēpata 9sueta Et qñ cadunt pili supcilior ex supciliis et siliū tunc fiat curatio cū cura alopitie et reliquor q̄ dicemus i libro decorationis.

De modo epithimatis alterius.

Sumantur staphisagrie et myrobal. nigror mundatorū et emblicorū ominū añ ps. i. et frigantur cū oleo omphacio et liniat cūz eo locus postq̄ ablutus est cū decotione senticiū et balaustie. Modus alius: cōburant myrobalani et galle et liniantur cum aceto desuper.

Fen quarta de solone 9tinuitatis et est pter id qd pendet cū fractura et algebra. Et est q̄ttuor tractat°.

Tractatus pmus de vulneribus in membris.

Sermo plis de solutione 9tinuitatis Capi. i.

Iam ostēdimus in libro pmo spēs solutionis 9tinuitatis fz mōs qui necessarii fuerunt in loco isti illi Et volumus nūc innuere summas de spēb° ear quas oz nobis esse notas ante illud qd volumus declarare. Dico g° q nos conamur in qbusdam mēbris quor 9tinuitas ē soluta vt rdeat eor 9tinuitas sicut fuit et illud sicut in carne. Et conamur in qbusdaz eor vt remaneat cōtactus eor cū 9seruatōe: licz nō redeat ipsor 9tinuitas et illud in ossibus nisi in ossib° puer et infantiū. In eis ei qñz spat reditus ille. De neruis vero et venis dixerūt quidā medicor q nō redeunt 9tinuitate: imo fortasse remanet in eis 9tactus cōglutinationis 9seruatione currēte sup eos et cōtingit eos. Et dixerūt quidaz q illud ñ prouenit nisi in arteriis solis. Gal. vo iaz 9dixit eis istud et dixit: imo qñz icarnant arterie p testimoniū experientie: et cū cōcessione rōcinatōis. Testimonio vo qñ nos iaz vidimus arteriā que ē sub basilica et caput arterie tēporis et cruris incarnari. Et 9cessiōe que est ex rōcinatōe: qm os est extremitas in duritie et nō incarnat nisi par in infantib°. Et caro que est extremitas in lenitate incarnat. sed vene et arterie sūt medie inter ossa et carnem: quare oz vt sit ear dispō inter carnē et ossa: ergo sunt minus recipiētes incarnationē q̄z caro et facilius suscipientes eā q̄z ossa et i carnant qñ sectio ē minima: et parua et corpus ē hūidū et lene. Et non incarnat in diuersificato ab eo. Et hic est modus disputationis rhetoricus vel theoricus. et illud in quo cōfidit est experimentum.

De summa de vulneribus in mēbris Ca. ii.

Membra in quibus qñ cadit vulnus magnificat eius nocumentū et interficit fz plurimū et fortasse non interficit nisi raro sunt sic vesica et cerebr et renes et intestina minuta et epar q̄uis sit possibile vt saluet super ea qñ est leue. In cord āt non sperat salus qñ in eo accit vulnus. Et plin ille cui accit vulnus i ventre suo qñ accit ei nausea aut singultus aut solutio ventris morit. Et qñ vuln° est in loco in quo oz vt vehemens fiat dolor et apa sicut sunt capita lacertor et posteriora eor: et ppie illor qui sunt neruosi et nō accit apa significat illud nocumentū intrinsecū ad qd cōuertunt materie: et fi puenīunt ad vulnus. Et oz vt tu obsues illud qd dicemus in ca. vlcer: de iudiciis in quibus cōicant vulnera et vlcera et postposuimus ea vsq̄ illic attendentes ad illud qd est conueniens.

De sermone vniuersali de cura vulner Cap. iii.

Vuln° carnosū nō euacuat qn aut sit sectio plana recta aut sectio rotunda aut habens latera aut sectio cū diminutōe aliq̄ntule carnis. Et qñz ē pfundū penetrās: et qñz discoopertū. Et vnicuiq̄ eor est regimē. Et cōicant oia in retētione sanguinis currentis: et iam posuimus ad illud capi. Et fortasse cursus sanguinis q̄titate tēperata pfert vulneribus et phibet apa et oppilationez et febrem. Naz de melioribus cū quibus intendim° in vulneribus est vt phibeamus eor apationez: qm qñ nō accidit apa possibile est vt eius fiat curatio: verū quz illic est apa aut attritio aut cōtusio aggregat i vacuitate eius cū vulnere sanguis q vult fieri apa aut pus et nō est possibilis curatio vulneris: et dū nō ppatur illud: tunc curet apa. Et si retinet in cōtritiōe sāguis tunc non fit securitas q ipsius resolō festinet si fuerit ei q̄titas de qua sit curandū et tensio et illud cū conuersione eius in pus et resolutione ipsius: et illud fit cū oi calido leui de illis que tu scis. Et pp hoc oz vt adiuuet cursus sanguis qñ abbreuiat. Qñ g° sectio est plana recta ī qua nihil cecidit sufficit in regimine eius strictura et ligatura et prohibitio sāguinitatis et

aquositatis ab ea: ꝛ ꝓhibere q̃ aliqua reꝝ coopiat
eam neq̃ʒ pilus neq̃ʒ aliud postq̃ʒ tu conseruaueris
complexionem membri ꝛ solicitus fueris i hoc ne
attrahaꝝ ad membꝝ nisi sanguis naturalis. Et fuit
ita magna vt ne concurrant extremitates eius: quo
niā sunt rotunde longate aut diuerse figure aut iam
destructa est ex ea caro pauca non plima: tunc eius
cura est futura: ꝛ ꝓhibitio aggregationis humidita
tis in ea cuʒ administratione exiccantium repcussiuo
ruʒ ꝛ administratione subtiliantiuʒ que dicemꝰ. Et si
fuerit profunda: tunc strictura etiaʒ facit eaʒ adherē
multotiens: ꝛ non est necesse detegere eā si est pose
illud: ꝛ illud est quādo non cōfert strictura cum liga
tura firmans eaʒ. Et fortasse necessariuʒ est detegeꝛ
eam: sicut ostendaʒ ꝛ proprie vbi nō cadit strictura
bona super radiceʒ profundi: quare effunduntur ad
ipsuʒ materie ꝓpter debilitateʒ eius ꝛ dolorem qui
necessarius est: ꝛ ꝓpter dispositiones quas dicaʒ in
ca. vlceꝝ. Et si est necessariuʒ vt detegaꝝ non erit ex
cusatio qn ponaꝝ cottū: ꝛ qd currit cursu eius super
eius orificiuʒ exiccans ipʒ ꝓprie vbi strictura nō ca
dit super radiceʒ sicut diximꝰ: aut est eius p̄paratio
talis q̃ non est possibile materiaʒ malaʒ effundi ab
ea: aut est in ea os: aut cōcauata est ꝛ facta est fistula
ꝛ sit in ea humiditas mala valde: ꝛ est tūc in iudicio
vlceruʒ non vulneruʒ. Et dixit sapiens q̃ vulnus ñ
indiget nisi ligatura aggregante labia: quando q̄riꝝ
adherentia ꝛ incarnatio: veꝝ si fuerit necessariuʒ vt
nascatur in ea caro: tunc non est in eo necessarium
illud: sed est necessaria aliquādo ligatura cum qua
effundaꝝ sordities ex orificio eius: ꝛ aliquādo ligaꝝa
sit tali mensura qua retineat medicamen desup. In
quit: ꝛ sufficit vt sit orificio vulneris locus ex quo ef
fundaꝝ sordities desuper vel semp per naturam aut
ita vt cadat pforatio illic: aut vt tu figures ipm cum
illa figura. Ego eiʒ iam sanaui vulnus magnum cu
ius profunduʒ erat vbi est genu ꝛ ipius orificium in
coxa preter q̃ fecerim ei orificium aliud inferius ap̄
genu. Sed p̄paraui coxam tali pparatione q̃ ꝓfun
duʒ fuit superius ꝛ orificium inferius: quare sanatū
est absq̃ʒ perforatione in inferiori parte. Et similiter
qñq̃ʒ suspenduntꝝ brachiuʒ ꝛ palma ꝛ alia taliter q̃
orificium semp est inferius. hic est ergo sermo eiꝰ. Et
dico q̃ fortasse tibi cadet vulnus vbi tibi erit necēiuʒ
incidere cōplete ꝛ seccare membrum. ¶ Quum autē
ex vulnere abscinditꝝ caro plima: tunc necessaria sūt
ea que carnem nasci faciunt: ꝛ non sufficit illud qd
exiccat ꝛ ꝓhibet. Et fortasse nocet exiccatiuum ꝛ ꝓ
hibitiuum ex pte qd repellit materiaʒ ex qua nasciꝝ
Et qñq̃ʒ est ꝓfunditas ꝛ diminutio ossiuʒ taliꝝ q̃ ñ
est possibile vt nascaꝝ cōplete: qꝛ remanet ꝓfundum
sicut qñq̃ʒ accidit vt nascaꝝ plus q̃ʒ sit nec̄e: qꝛ est ca
ro addita. Et oʒ vt cibeꝝ eger qui vult vt nascaꝝ caro
in vulnere suo cibo laudabili boni chimi. Et qñq̃ʒ
est illud qd facit nasci: ita q̃ possibile est ei vt faciat
nasci carnē: cutē vō non facit nasci qū iam abscissa ē
totaliter: imo non facit nasci loco eius nisi carnē du
rā supra quā nō nasciꝝ pilus: veꝝ āt rami multotiēs
eminēt ꝛ nascunꝝ sicͭ caro. ¶ Et de vulneribꝰ sūt q̄dā
hñtia timorē sicut vulnera cadētia in neruis ꝛ extre
mitatibꝰ lacertoꝝ: ꝛ dicā ea in ca. dispōnuʒ neruoꝝ
Et multotiēs sequnꝝ ea accñā mala sicͭ illud qd seqꝝ
vulnus extremitatis lacertoꝝ d̄ alteratōe coloris ꝛ
casu pulsus post spissitudieʒ ꝛ puitateʒ: ꝛ pducit ad

syncopiʒ ꝛ casuʒ virtutis: ꝛ qñʒ sequiꝝ ea spasmꝰ. Et
sicͭr illa q̄ cadūt añ genu apud rotulā qm̄ sequnꝝ ea
accidētia mala: ꝛ sunt pmittentia a qbus paꝝ libe
ranꝝ. Et qñ accit spasmus ex hꝰmōi vulneribus la
certosis ꝛ nō recipit curationē: tūc curatio ē incideꝝ
lacertū i latitudie: ꝛ est voluntas vt destruaꝝ opatio
lacerti: veꝝ illud est de illis que oʒ vt postponantur
q̃ʒtū est pose. Et curetur spasmus ꝛ pmixtio rōnis
cū re alia p̄ter eaʒ. Et sicut vulnꝰ geniculi: ꝛ fortasse
eiʒ necesse est vt ponaꝝ cuʒ sectione dura ꝛ vt sit festi
natio in apatibus eius ꝛ vlceribus ipsius ꝛ vulneri
bus cū phlomia ꝛ solutione ventris ꝛ ꝓhibitione i
carnationis donec mundificenꝝ mundificatōe vltia
deinde incarnenꝝ.

¶ De cognitōe eiꝰ qd facit nasci ꝛ qd incarnat ꝛ qd
sigillat ꝛ qd corrodit ex medicinis Cap. iiii.

Medicamen faciens nasci carneʒ est illud qd
coagulat sanguinē sanū in carnē. Qd si fuit
exiccatio ei vehemens ꝓhibet sanguinē ve
nientē: quaꝝ nō habebit materiā caro. Et si est ei ab
stersio vehemēs remouet eū ꝛ facit eū currere: quaꝝ
ꝯsumit mā̃ʒ innetā carni. gᵒ oʒ vt non sit ei plima ex
iccatio: imo vsq̃ʒ ad terminū: nʒ abstersio fortis val
de: imo abstersio pauca in tāta q̃ʒtitate vt abstergat
sorditiē absq̃ʒ mordicatione: ꝛ non indiget stipticita
te de qua est curandū. Et oʒ iteruʒ vt sit in caliditate
ꝛ frigiditate sua in ꝯplōne si fuerit separata cū ꝯrio
sm̄ q̃ʒtitatē separationis: ꝛ si non fuerit separata sep
atione de qua cureꝝ: tunc assimileꝝ calido valde cali
duʒ valde: ꝛ frigido valde frigiduʒ valde. ¶ Et obsꝝ
ueꝝ iteꝝ impressio medicīe in loco vt opponaꝝ ei si
superfluitꝰ in malitia cōplōnis. Medicine autē icar
natiue sunt ille q̄ aggregāt inter duo elongata. Et ñ
oʒ vt operenꝝ nisi in superficiebus amboꝝ facienteꝝ
adherere inter ea vtraq̃ʒ cuʒ rore qui est in sb̄a ābo
ruʒ. Et si fuerit sanguis purus: tunc est illud qd exic
cat sanguinē plm̄ sufficiens cuʒ eo in adherentia cū
exiccatione vehemēti veloci anteq̃ʒ fiat pus ꝛ non
firmaꝝ ei illud nisi fuerit cū illo supfluitas virtutis in
exiccando: veꝝ oʒ vt sit abstergens: qm̄ abstersio ē
ꝯria intentioni que est in eo: qm̄ intentio in eo est po
nere illud qd colligiꝝ de sanguine nutrimentū ꝛ ad
herentia ꝛ abstergens abstergit illuʒ sanguinē: quaꝝ
dispartiꝝ: ergo ꝯsumit mā̃m qua expectaꝝ ꝯglutina
tio: ꝛ non indiget diminutione in exiccatione: sicut i
diget ea illud qd facit nasci. Qm̄ faciens nasci idiget
vt currat ad ipsum mā̃: ꝛ illius materiei cursum pro
hibet exiccatio: ꝛ incarnatiuū non indiget: imo indi
get incarnatiuū exiccatione fortiore ꝛ pauca stiptici
tate. Consolidatiuū vō sigillatiuū vehementius idi
get stipticitate q̃ʒ illa duo: qm̄ est ei necēiuʒ vt rcupet
qd est per nām vehem̄tioris exiccatōis. s. cutē: ꝛ qm̄
indiget vt exiccet humiditatē extraneā ꝛ radicalem
vehementē. Et illud qd est añ ipsum eget vt exiccet
humiditatē extraneā exiccatione plīma ꝛ radicaleʒ
cū mensura que conglutineꝝ ꝛ ingrossetur ꝛ nō mi
nuatur ex substantia. ¶ At corrosiua diminuēs car
nem oʒ vt sit vehementis abstersionis valde. ¶ Et
illud quidem quod est rectum in curatione vulneꝝ
quando perforantur est vt non approximet eis aq̄.
Et si fuerit necessarium ꝛ non suffert eger a balneati
one: oʒ vt ponatur super ea de emplastris ꝛ de pan
no infuso cuʒ oleo sm̄ modos ligationis ꝛ non per
mittatur aqua peruenire ad ipsum.

¶ De perforatione vulneris ⁊ aliorum qũ oportet
vt discooperiatur Cap. v.

D Jxit Gal. Oꝫ vt feces ex loco eius vehemē
tioris eminentie ⁊ vt inclines ipm: Et nõ sit
tractus pforatiõis nisi ad ptē ex qua ē posse
currere pus ad inferiora: Et vt obseruentur in pfora
tione alesuirati ⁊ ruge sm modũ quem diximus in
ca. vulneꝝ ⁊ dubellet nisi in eis que excepimꝰ. ¶ In
eis vo q̃ sunt sicut inguina ⁊ subascelle: oꝫ vt vadat
pforatio cum cute in nã: deinde ponant desuper ex
iccatiua absq̃ mordicatione de illis que sunt posita
in tabulis medicinaꝝ singulariuꝫ. Et puluis olibãi
melior est in eis q̃ olibanum: qm̃ illud est vehemen
tius stipticum. ¶ Et rectum quideꝫ est in curatione
vulneruꝫ quꝫ perforant ne approximet eis aq̃. Et si
fuerit necium ⁊ eger non suffert a balneatione: tunc
oꝫ vt vulnus occultet sub emplis conuenientibꝰ te
ctis cuꝫ pãnis infusis cũ oleis sm modũ coopertur
que sepat inter aquaꝫ balnei ⁊ humiditatē eius ⁊ in
ter vulnera: aut igeniet ei aliqd ingenioꝝ possibiliũ
in ipso.

¶ De regimine vulnerum habē
tium apostema ⁊ dolores Capitulum. vi.

N Ecessariuꝫ est in huiusmõi vulneribus alle
uiare ⁊ credere ꝙ vulnus non ꝯsolidat oĩo
donꝫ apa non sedat. Et illud quideꝫ non cõ
plet nisi cũ eo in quo est exiccatio ⁊ infrigidatio in
principio rei ⁊ mollificatio in fio. Et vt admistret in
eo cura apatũ oĩo. Et qd est ꝓpriuꝫ in hoc cũ coita
te sui iuuamẽti in oĩ membro a capite vsꝫ ad pedes
est vt sumat granatuꝫ dulce ⁊ decoquat cũ vino põ
tico ⁊ emplet cuꝫ eo locꝰ. ¶ Et oꝫ vt obserues illud
ad qd ꝯuertit dispõ apatis sicut si tu admistraueris
vnguentũ nigruꝫ ⁊ videris vulneris ruborē vehemẽ
teꝫ fieri ⁊ vesicãi declina ad infrigidãtia ⁊ ad vnguē
tum albuꝫ. Et si videris ipm mollificari aut indura
ri: ⁊ tu iam admistrasti album: admistra nigꝝ ⁊ alia

¶ De regimĩe vlĩ in vulneribꝰ visceꝝ interiꝰ Ca. vii.

I Ntẽtio in eo qd existimamꝰ ꝙ ē fissura aut
disruptio interius ē vt incarnet ⁊ nõ dimit
tat sanguis cõgelari in interioribus ita vt ꝓ
hibeat fluxus sanguinis. Et medicine cõferentes in
vtrisq̃ intentionibꝰ pmis sunt sicut vestimenta qñ d
coqunt in aceto: aut detur in potu de centaurea ma
iore põdus. ʒ. i. Et terre sigillate in hoc inest curatio
magna. ¶ Illud at qd in potu sumit cã fluxus san
guinis est sicut danic. i. ⁊. 5. de semĩe hyusquiami al.
cuꝫ aqua mellis ⁊ relique medicine pdicte in ꝓhibi
tione sputi sanguis ⁊ fluxus sanguis. ¶ De vulnē
aũt ⁊ fissura apparentibus dixit sapiens ꝙ in dispo
sitione mirac ventris donec egrediant quedam inte
stina: oꝫ vt scies qũo applices intestina ⁊ intromittã
tur. ¶ Nd si egrediat aliqd de zirbo oꝫ vt scias an
sit necũ vt liget cũ ligatura firma aut non ⁊ an suat
vulnus aut non: ⁊ qualr sit via in suendo ipsum. Et
Gal. qdeꝫ dixit anatomiaꝫ almirac. Et diximꝰ nos
ipm in anatomia. Et ꝓpter illud qd iam diximus in
anatomia locus ilioꝝ est minoris timoris qũ disrũ
pit q̃ locus aluourati. Et aluourati quidem est me
diuꝫ corporis vtriusq̃ lateris mensura quattuor di
gitoruꝫ ab alborati. i. vmblico. Inquit: Qm̃ fissura
qũ accidit in loco alborati egrediunt cũ ea intestina
plus ⁊ reditus eoꝝ in ea est difficilis. Et illud iõ qm̃
res que tenet eaꝫ nõ est nisi duo lacerti descendẽtes
in longitudine corporis qui ꝓtendunt ex pectoꝛ vsꝫ
ad os pectinis: ⁊ ꝓpter illud qñ disrũpit vnꝰ horum
duoꝝ lacertoꝝ oꝫ vt egrediat ps itestinoꝝ ⁊ augm̃
tat inde disruptio. Et illud ideo qm̃ lacerti qui sunt
in vtrisq̃ iliis plus coartãt ipm: veꝝ est ei in medio
lacertus fortis cõtinens ipm. Si at ppet vt sit disru
ptio magna egrediet numeratio intestinorũ: quare
erit eoꝝ intermissio vehemẽtior ⁊ difficilior. In vul
neribus aũt puis si non succurrat cũ intromissione
itestini iflat ⁊ ingrossat. Et istud pp qd generat i eo
de ventositate: quat nõ ingredit ex illa disruptione.
Et ꝓpter illud saluiora vulnera accidentia in mirac
disrumpentia sunt illa que sunt equalis magnitudis
Inquit: Et indigẽt illa vulnera rebus quattuor: q̃ꝝ
pma est vt reducat intestinũ apparens ad locũ q est
ei ꝓprius: Et sa vt suat: Et tertia vt ponat sup ea me
dicamē ꝯueniēs: Et quarta vt sit sollicitudo ne ꝓue
niat alicui membꝝ nobiliuꝫ pp illud timor. ¶ Pone
ergo ꝙ sit vulnus tante quãtitatis vt non possimus
ꝓpter puitateꝫ eius intromittere intestinũ ꝓcedens
ab eo. Et quideꝫ est nobis necessariuꝫ vt resoluamꝰ
illam ventositatem: aut vt dilatemus ipsam disrupti
oneꝫ: ⁊ vt dissoluamꝰ ventositatem est melius si pos
sibile est in ea. Et cã quidē in inflatione intestini ē fri
gus aeris. ꝓpter illud ergo oꝫ vt submergat spõgia
in aqua calida ⁊ exp̃mas ipsam ⁊ vapores ipm. Et
vinum stipticum qñ calefit etiã est iuuatiuũ in hᵒ lo
co: ⁊ illud qm̃ calefacit plus q̃ sit calefactio aque ⁊
confortat intestinũ. ¶ Nd si hec cura nõ resoluit in
flationē intestinoꝝ: tunc admistret amplificatio vul
neris. Et cõuenientius instroꝝ ad hanc sectioneꝫ ē
instrm qd cognoscit ad pforandas fistulas. Cultelli
aũt pforãdi acuti ex duabus partibus facti ad cap
caueant. Et rectior figuraꝝ ⁊ p̃paratio in infirmo ē vt
si fuerit vulnus lesuꝫ vadens ad ptem inferiorē sit fi
gura ⁊ p̃paratio ad superioreꝫ. Et si fuerit vulnꝰ va
dens ad superiorem: figura ⁊ p̃paratio vadant ad in
ferioreꝫ. Sit ergo intentio tua quã intẽdis in vtrisq̃
rebus simul vt nõ cadãt reliqua intestina sup intesti
nuꝫ cuius inferius apparet. Et qũ tu posueris hanc
tuam intentionē: scias ꝙ si fuerit vulnus in parte de
xtra: tunc oportebit vt facias egrum declinare ad p
tem sinistram. Et si fuerit in parte sinistra facias eum
declinare ad dextram. Et sit intentio tua semp vt po
nas parteꝫ in qua est vulnus altiorem parte altera:
hec est ei res que est cõis oĩbus istis vulneribꝰ. Qũ
ergo seruant intestina in locis suis que sunt eis ꝓpa
postq̃ reducta sunt ad ventrē quꝫ vulnera sunt ma
gna: tunc necessarius est mister edoctus. Et illud iõ
qm̃ oꝫ vt teneat locũ illius vulneris totũ manu sua
deforis ⁊ colligat ipsum ⁊ aggreget ⁊ deteget de eo
aliquid mistro suenti ipsum ⁊ redeat ad illud qd iaꝫ
sutum est de eo etiã ⁊ aggreget ipsuꝫ ⁊ colligat pau
latiꝫ donec suat vulnus totum sutura decenti. ¶ Et
ego narro tibi illud qd melius est de assuitione ven
tris. dico ergo qm̃ ꝓpterea ꝙ res que est necessaria
est vt cõprehendat illud qd est inter mirac ⁊ siphac
iam est necessariũ tibi vt incipias ⁊ intromittas acũ
in cutē deforis ad interiorē ptem. qum ergo penetra
uerit acus in cutē ⁊ in lacertuꝫ euntē sm rectitudieꝫ
in longitudine ventris totius: dimitte marginem si
phac in hoc latere ⁊ non intromittas in ipsuꝫ acuꝫ
⁊ fac penetrare acum in marginē alium deintus ad
exteriora: deinde fac penetrare eam ab intus ad ex
teriora in margine alio mirac: ⁊ qum feceris eam pe

netrare:tunc fac penetrare eam fm̃ in hoc eodē mar
gic mirac aut deforis ad interioꝛa: ꝛ dimitte marginē
siphac qui est in hoc latere: fac ergo penetrare acuȝ
in latus aliud deintus ad exterioꝛa: ꝛ fac eam pene
trare cū tua penetratiōe in siphac in marginē mirac
q est in pte eius donec facias eā penetrare totū:deiñ
incipe iteꝝ ab hoc eodē latere ꝛ sue ipsuȝ cū margic
q est siphac in latē alio: ꝛ extrahe acuȝ ex cute quaȝ
penetrauit:deiñ reduc acū in illā cutē ꝛ sue marginē
siphac q est in latē alio cū hoc margine mirac ꝛ ex
trahe eā ex cute que est in parte eius: ꝛ fac illud vna
vice post aliā vsqꝫ suas vulnus totū fm̃ illud exēplū
In mensura āt q̄ sunt inter duo pūcta caueat̃ superflu
itas in latitudie ꝛ strictura: qm̄ āplitudo nō tenet fm̃
ꝙ oȝ ꝛ stricta adunat. Et filū iteꝝ si fuerit coꝛdosuȝ
adiuuat ad disrūpenduȝ: ꝛ si fuerit molle abscindit̃
ꝛ ligat̃ leue durum: ꝛ silr̃ si pꝛofundaueris pūcturaȝ
in cute. naȝ si fuerit longinqua a punctura verum re
manserit de vacuitate intra ipsum ꝛ extra eaȝ non in
carnat̃: ꝛ serua equalitatē illic etiā. Inquit: Et pone
intentionē tuā in suendo ventreȝ adherentia siphac
cuȝ mirac: foꝛtasse ei adherebit ꝛ incarnabit̃: qm̄ est
neruosum. ¶ Et iaȝ consuerūt ipm̄ quidaȝ fm̃ hunc
modū: oȝ ergo vt figamus acum in margine mirac
exterioꝛe ꝛ faciamus eaȝ penetrare ad interioꝛa ꝛ di
mittamus margineȝ siphac totuȝ: deiñ reducamus
acuȝ ꝛ faciam⁹ eā penetrare: deiñ penetret acus ex ꝯ
trario ptis quā penetrauit: deiñ faciam⁹ penetrare in
marginē aliū de marginibus mirac fm̃ hoc. Et iste
modus ꝯsuendi est melioꝛ ꝯsuitiōi cōi que ꝯp̄hēdit
q̄ttuoꝛ margines in penetratōe vna: ꝛ illud ideo qm̄
cuȝ hac ꝯsuitiōe iteꝝ quā iam diximus iā cooperit̃
siphac retro mirac: ꝛ ꝯtinuat̃ cū eo cooptura decēter
Inquit: Deiñ pone sup ipm̄ de medicinis incarna
tiuis ꝛ necessitas ad liganduȝ est vehementioꝛ i his
vulneribus: ꝛ madefac lanaȝ in arabaȝe cū oleo cali
do paꝝ ꝛ iuolue sup alibꝛeni ꝛ alibꝛeni sicut vadūt.
Et clisteriza ipsuȝ cū aliquo mollificatiuo etiā sicut
olea ꝛ mucilagines. ¶ Et si vulnus iaȝ puenerit ad
intestina ꝛ suisti ipsuȝ: tunc regimen sit illud qd̓ dixi
mus. veꝝtñ oȝ vt clisterizet̃ cuȝ vino nigro stiptico
tepido: ꝛ ppꝛie si vulnus iā ꝯsutum fuerit: aut appꝛo
pinquauerit minuta intestina: qm̄ intestinum ieiunū
nō sanat̃ oio ex vulnere qd̓ in ipso accidit pp subtili
tatē sui coꝛpoꝛis ꝛ multitudineȝ eius qd̓ est in eo de
venis ꝛ ppinquitatē suaȝ ad materiaȝ neruoꝛum ꝛ
multitudineȝ effussionis chol̓e ad ipȝ ꝛ vehemētiaȝ
caliditatis eius: qm̄ est magis ppinquȝ epati q̄ȝ inte
stina alia. Inferioꝛa v̓o ventris ppea ꝙ sunt de nata
carnis sis de medicatione ipsoꝝ cōfidens. ¶ Inqt
Ga. li. de ingenio sanitatis: Et sit intentio tua ap̄ dis
ruptionē mirac ventris cū siphac vt suas eā ꝯsuitōe
ꝯglutinante siphac cū mirac: qm̄ est neruosuȝ tarde
incarnationis cū alio: ꝛ illud cū modo suitiōis quā
diximus: quoniā ipsa aggregat ꝛ cōglutinat in pun
ctura siphac. Inquit: Et intestina qū egrediunt̃: tūc
ꝯfert vinū nigꝝ foꝛte: ꝛ calefiat ꝛ submergat̃ i eo la
na ꝛ ponat̃ desup: qm̄ ipsa dispgit iflāmatiōȝ eoꝝ ꝛ
detumescere ea facit. si aūt nō fuerit pn̄s: tunc admi
stra quasdaȝ aquas stipticitatis foꝛtis calefactas. ꝙ
si nō fuerint pn̄tes: tūc vapoꝛa ea cū aq̄ calida dōec
detumescāt. si āt nō ingrediunt̃ in illud amplificetuꝛ
locus. ¶ Inquit hyp. Qū egredit̃ zirbus ventris i
vulnere: necē est vt putrefiat qd̓ de eo egredit̃: q̄ȝuis
moꝛet̃ tēpoꝛe puo: ꝛ ē in hoc vehemētius q̄ȝ intestia
ꝛ epar: qm̄ intestina ꝛ extremitates epatis si non re
manēt exteri⁹ spatio lōgo dōec ifrigidēt̃ valde vehe
mter: tūc qū igrediūt̃ vētrē ꝛ icarnat̃ vuln⁹ r̄deūt ad
nās suas: zirbus v̓o lȝ moꝛet̃ tēpoꝛe puo: tm̄ necesse
ē vt qd̓ ex eo ꝙ apparet igredit̃ ventrē putrefiat. Et
ppter illud pperant medici in incidendo ipsū: ꝛ nō
intromittunt qd̓ de ipso apparet in ventreȝ. ꝙ si iue
niat̃ in zirbo diuersoꝝ ab hoc illud est valde paruȝ
ꝛ foꝛtasse nō inuenit̃. Et si egredit̃ aliquid de zirbo
tūc necesse est tibi vt scias an opoꝛteat incidi an nō:
ꝛ an opoꝛteat sui vulnus: an nō equaliter suat̃. Naȝ
si vulnus cadat in aluourati ꝛ est mediū vētris: tūc
est pluris timoꝛis: qm̄ sunt extremitates lacertoꝛum
cooperte sup ventreȝ. Si fuerit i illis ꝛ sunt a duob⁹
lateribus medii vētris a dextra ꝛ sinistra q̄si q̄ttuoꝛ
digitis: tunc est saluioꝛ qm̄ nō est i eo aliqd de extre
mitatib⁹ lacertoꝝ neruosoꝝ. loci v̓o aluourati sutura
iteꝝ ē difficil: ꝛ illd̓ iō qm̄ intestia eminēt ꝛ egrediūt̃
a disruptiōe q̄ ē i h̓ loco ꝛ redit⁹ eoꝝ i h̓ loco ē diffi
cilis: ꝛ illud qꝛ illud qd̓ plicat ea intētiōe eoꝝ ē duo
lacerti ptensi in lōgitudie vētris carnosi q descēdūt
ex pectoꝛe ad rachaba ꝛ ē os pectinis. Et pp illd̓ qm̄
cadit vulnus in hoc loco incidūt hos lacertos: ꝛ est
eminentia intestini vehementioꝛ: qm̄ lacerti q sunt i
illo cōtinent ꝛ nō ē ei i medio lacertus foꝛtis retinēs
ipm̄. Si aūt pparat̃ cū hoc vt sit vulnus magnū: tūc
necesse est vt emineat ꝛ egrediat̃ ex eo neruus intesti
noꝛum: quare fit intromissio eoꝛum difficilioꝛ.

¶ De qualitate ligandi vulnera Ca. viii.

Ulnera aūt ꝛ fissura appentia qū vis vt in
carnēt̃: tūc fac illud qd̓ dixit sapiens d̓ illis
qui sūt huius artis. Inquit: Qū vis vt icar
net̃ huiusmōi fissura: tūc adhere ei ligaturā accipiē
teȝ ex duobus capitibus nō aliā de ligaturis. Qd̓
si fuerit magna erit tibi necessariuȝ vt adherere ei fa
cias puluillos triangulatos. Et si fuerit locus decli
uis indiget sutura etiā. Et puluilli quidē triangulati
melioꝛes sunt in aggregando labia vlceꝝ q̄ȝ q̄drati
qm̄ coartant sup fissurā tantuȝ. Et situs puluilloꝛuȝ
triangulatoꝝ est fm̃ hoc exempluȝ: linea recta inter
duos puluillos sit fissura duoꝝ puluilloꝝ triāgula
toꝝ: vnus sit b. ꝛ alter. g. decenter ꝯpositi fm̃ figurā
quā vides. Qū ergo ligat̃ locus iste ꝛ cadit ligmen
duoꝝ capitū est ligamen tenens sup locū fissure ve
hementi⁹ q̄ȝ si fuerit q̄drati. Et nō licet vt nō sit in ap
plicatōe vlceꝝ ligamen nō hn̄s duo capita: ꝛ isti sūt
puluilli triangulati ꝛ figura stringendi. ¶ Et dꝛ i li.
de ingenio sanitatis: Quidā hō hūit vulnus cui⁹ p
fundū erat pximū inguinibus: ꝛ ipsius oꝛificiū pxi
mū genu ꝛ sanauimus ipsum sine pfoꝛatione penit⁹
ita ꝙ posuimus sub genu eius puluillos: ꝛ p̄paraui
mus ipm̄ talr̄ ꝙ factū est oꝛificiū eius directū cuȝ fa
cilitate: ꝛ silr̄ fecimus de vlnere qd̓ fuit i coxa ꝛ bꝛa
chio ꝛ sanata sunt oia. ¶ Inquit: Ille qui iaȝ p̄uidit
in expiētia scias ꝙ vulnera indigent vt fiat sanies si
posle est ei intus ad hoc vt penetrent cū ea reliqua q̄
sūt illic melioꝛa ꝛ velocioꝛis alterationis. Silr̄ vlne
ra disrupta elōgatoꝝ labioꝝ egent vt aggregentur
cū ligamēto aggregante labia eoꝝ nisi fuerit sup ea
ex illo doloꝛ: aut fuerit apostemosa: qm̄ dolent ppter illud
q̄ȝuis sit cū facilitate: aut fuit lacert⁹ q sit disrupt⁹ in la
titudie: qm̄ tūc nō aggregat̃: imo ponat̃ i medio lici
niū timēdo ne icarnet̃ cutis ꝛ remaneat lacertus nō

incarnat⁹. ¶ Inqt: Et silr qñ findim⁹ cutē capitis po
nim⁹ int labia aliqd qd ipleat ea: fortasse ei ꝯbit cu
tis labioꝝ ad interiora vulneris: qr nece ē tūc vt co
nēis cū ligamtis vt trahas eaꝫ ad exteriora. ¶ Et qñ
cadit vulnus in longitudine: tunc ligamen sufficit ꝛ
aggregat ipsam decenter. Et quꝫ fuerit in latitudine
indiget vt suat ꝛ sm mensurā ꝓfunditatis vulneris
erit ꝓfunditas suture dignior ex additōe anatomie.
Inquit: Qñ fuerit nobis neciuꝫ vt addamus in am
plitudine vulneris quꝫ est strictuꝫ ꝛ timuerimus ꝙ
ꝓpter ꝓfunditatē eius incarnet eius supius ꝛ nō in
carnet eius ꝓfundū: aut fuit mēbꝝ vulneratū i hōa
vulneris sm figurā: qd qñ redit ad eqlitatē suā non
est posse vt currat ex eo sanies: neqꝫ vt ingrediat ipꝫ
medicina: ꝛ vt redeat ad suā figurā qñ egredit ꝛ cō
mouet dolorē aliuꝫ: tunc necesse est vt scindat sectōe
ꝯuenienti. ¶ Et scias sm sūmā ꝙ vulnera que sunt
in latitudine lacerti sunt digniora vt labia eoꝝ sint
vehementius elongata: qꝑꝑ sunt faciētia maiorē ne
cessitatē ad ꝑscrutandū subtiliter in aggregādo la
bia; Et fortasse nō erit excusatio a sutura ꝛ admi
stratione puluilloꝝ triangulatoꝝ ꝛ ꝓpe si ceciderit i
carne diminutio: nā cadēs i lōgitudie min⁹ eget illo.

¶ De medicinis incarnantibus vl̄nera Ca. ix.

HArū medicinaꝝ virtutes iā narrauimus ꝛ
ꝯtinuatōis eaꝝ locū. Et nō dubitamus qn
sit necessariū vt puluis eaꝝ sit minoris v̄tutis
qꝫ illud qd de eis fit cū oleis ꝛ ceratis. Et necessitas
quidē ꝑducens ad olea ꝛ cerata est ꝓpterea ꝙ medi
cine sicce: ꝛ ꝓpe que sunt sic merdasengi ꝛ reliq mine
rales nō submergūt vsqꝫ ad ꝓfundū ꝛ nō penetrāt
in poros: qñ ergo ex eis fit ceratū ad vltimū ꝑuenit
facit eas cursus olei ad locū quē volum⁹. ¶ Et iste
medicine incarnatiue sunt ex mineralibus: Et sūt ex
plantis: Et aialibus: Et ex oi spē. ¶ Et sūt ex mine
ralibus sicut cerusa ꝛ oleū myrtinū ꝛ cera. ¶ Et ex
plantis folia sicut folia quercus mascule emplata ꝛ
folia salicis ꝛ folia caulis ꝛ folia arboꝝ maloꝝ ꝛ cō
tex palme ꝛ folia arnoglosse ꝛ sptū infusuꝫ in aceto
aut aliqꝫtulo vini: ꝛ ꝓpe qñ miscent folia arboris pi
ni mascule ꝛ femine ligata cū corticibus suis ꝛ folia
cupssi ꝛ rami eius ꝛ folia pentaphilon cū melle. Et
ex gūmis glutinū alboti ꝓpe ꝓpe mēbra magna. Et
ex fructibus ꝛ granis nux recens ꝯtrita cuꝫ aqua ꝛ
sale aut vino bulita cuꝫ foliis acetose aut foliis sicle
aut lactuce ꝛ piroꝝ siluestriū cū eo qd ē in eis de ꝓ
hibitiōe fluxus ꝛ nux cupssi ꝛ allea ꝯbustū ꝛ pluis
molendini ꝛ ordeū adustū ꝓpe senibus cū cera ꝛ o
leo roſ. Et de illis q̄ silant floribus flos sorbe ꝛ her
ba caude equine ꝛ ꝓprie in vicinitate impletōis mē
bri aut carnis. Et ad vulnera que sūt ꝓpinqua lacer
toꝝ capitibus. ¶ Et ex aialibus lac acetosuꝫ valde
ꝯglutinat vulnera magna. ¶ Et d ꝯpositis medica
mē ruffi ꝛ aureū ꝛ esculeus: ꝛ medicamē de salicib⁹
ꝛ pullegio ꝛ emplm de lino.

¶ De medicinis cōsolidatiuis ꝛ sigillatiuis Ca. x.

HAruꝫ medicinarū nās iā sciuisti. ¶ Et scis
iterū ꝙ oꝫ ne puluis eaꝝ sit in virtute ei⁹ qd
ponit in emplis. Et tunc oꝫ vt scias ꝙ nō ē
neciuꝫ vt medicine iste admistrent qñ iam equata ē
superficies carnis dure cū cute vltima eqlitate. verū
caro hūida iā equat ꝛ addit: sꝫ est spissa talr ꝙ qum
exiccat descēdit: imo nō oꝫ vt admistres eas nisi cū
hoc qd ē ita ꝙ qñ exiccat eqt. Et hec res cognoscit

existimatione. ¶ Oꝫ g° vt admistret medicina cōso
lidatiua añqꝫ carnis nascētia in vulnere in quo caro
nascit ad hunc finē ꝑueniat: qm ꝯsolidatiua etiā ad
dit in qꝫtitate carnis vsqꝫ° ꝯsolidat etiā addit cuꝫ ea
virtus nālis. Ergo addit sm hanc vltimatiōꝫ: imo
oꝫ vt sit taliter ꝙ qñ exiccat ꝛ facit operationē suaꝫ
iaꝫ nā fecerit nasci cū quātitate ei necia cū vltimatōe
ꝯsolidatiue vltime in cōsolidando que ꝯpleat duas
operatōes ꝯtinuando inter carnem ꝛ cutem ꝑdcās
mensura qua equet supficies vlcerata. ¶ Qd si non
auferat istud ꝓculdubio fiet vestigiuꝫ vulneris supi
us in cute. Et oꝫ vt admistres sigillatiuū in pmis
qñ ipsū admistras humidū: deiñ admistra ipꝫ siccū:
tunc qñ appropinquat sigillatio faciens ipm trāsire
sup ipsuꝫ cū extremitate radii. Et medicine quidem
iste sūt sicut cortices arboris pini cū cerato de oleo
roſ. aut myrtino ꝛ resina sicca ꝛ abrotanuꝫ assatuꝫ
ꝛ cortices eris ꝛ puluis olibani ꝛ merdasengi ꝛ cen
taurea minor. ꝛ vene sūt bone ꝛ ossa ꝯbusta iterū ꝛ
aristolologia adusta est vehemētis ꝯsolidatōis ꝛ a
lumē iteꝝ ꝛ galle imature ꝛ folia fici. ¶ Et hyp. qd
inquit de pede alhaueas sicut dixerūt: ꝛ est sile qd i
tellexit per eū herbā que naiat pes corui. Et stercus
canis comedentis ossa ꝛ stercus lacerti: veꝝtū est a
cutius ꝑmo: qr oꝫ vt frāgas ipꝫ cū stipticis: ꝛ radix
lilii celestis q cortices oppoponaci ꝛ tutia. ¶ Et de
facientibus nasci carnē mirabilibus in vulneribus
calide ꝯplonis ap̄osis sūt sandali ꝛ nenufar ꝛ aloes
ꝛ ꝓprie in ꝑtib⁹ ani ꝛ testiculoꝝ. Et medicia aristolo
gie si fiat vnguentū aut indiges eo qd est fortius de
illis que sunt inter ꝯsolidantia sicut climia ꝛ ꝓprie ꝯ
busta ꝛ colcotar ꝯbustū ꝛ lithargyriū ꝛ cerusa. Et
qñꝫ cadūt in medicinis eius dragagātū ꝛ colcotar:
qꝫuis sint de sūma corrodentiū diminuentiū carnē.
Ueꝝ ipsa fortasse ꝯsolidant in vehemēti hūitate ꝛ ꝓ
prie qñ adurūt sūt minoris ꝯsolidatōis: ꝛ nō minuit
de corrosione eoꝝ ꝛ ꝑcipue si abluant fiūt ad ꝯsoli
datione decliuiora. Flos vo eris ꝛ medicine q̄ sunt
vehementioris corrosionis nō sunt recte ad illud ni
si cū regimie forti: ꝛ in quibusdā vulneribus ꝛ vlce
ribus vehementis hūitatis. Es vo adustū qñ ablui
tur est bonū in ꝯsolidatōe. Et qñ voluntas est vt fiat
emplm sunt necia q̄ sunt fortiora de illis q̄ sunt inter
ꝯsolidatiua sicut climia ꝛ ꝓprie adusta ꝛ colcotar a
dustū ꝛ lithargyriuꝫ ꝛ cerusa. Qualitas vo faciēdi
illud est vt dissoluat cerusa ꝛ merdasengi cū aceto:
deinde admistret ꝛ climia teratur. Et melius quidē
est vt adurat: deinde misceat illud cū colcotar ꝛ ibi
bat oleo roſ. cū aceto ꝛ vino stiptico: ꝛ fortasse ad
dunt sup ipsuꝫ dragagantuꝫ adustum ꝛ balaustie ꝛ
galle qñ vulnus ꝛ vlcus sunt vehemētis humiditatis
Emplm de lino ꝛ est mirabile: sume pānuꝫ de lino
ablutuꝫ nitiduꝫ ꝛ tere donec fiat sicut alcohol: deiñ
sume oleū fortis stipticitatis aut oleuꝫ myrtinum: ꝛ
pone in ipso paꝝ galbani ꝛ dissolue in oleo ꝛ pone
in ipso pānuꝫ ꝯtritū ꝛ fac de eo emplm qm est mira
bile. Et vnguentū nigruꝫ magnuꝫ facit nasci carnē.
Qd si volueris vt fortius faciat nasci: tūc pone i ipo
de ture ꝛ oppoponaco ꝛ aristologia adusta eqles ꝑ
tes vt sit sicut pondus medicinaꝝ qttuor. Modus
pulueris alius: ℞. ceruse ꝛ merdasengi amboꝝ añ.
ꝑtē. i. scorie plūbi ꝛ myrrhe ꝛ gallaꝝ oim añ. parteꝫ
s. Puluis alius: ostracoꝝ cōbustoruꝫ. ʒ. xii. granati
ꝑui qd cadit ab arbore ꝛ exiccatū ē calcadis āboꝝ

añ.ʒ.xvi.cornu ceruini ꝯbusti abrotani climie resine
radicũ lilii oim añ.ʒ.iiii.minuti turis corticũ arbõis
pini amboꝝ añ.ʒ.vi.corticũ granatoꝝ ceruse aluis
oim añ.ʒ.viii.gallaꝝ.ʒ.i. Puluis rubeus: ℞. rubee
ossiuꝫ ꝯbustoꝝ merdasengi oim añ.ʒ.ii.turis aloes
amboꝝ añ.ʒ.iii.sarcocolle memithe amboꝝ añ.ʒ.i.
fiat puluis. Puluis alius: ℞. rosaꝝ ceruse plumbi
balaustie oim añ.ʒ.viii. gallaꝝ ⁊ seis rosaꝝ ⁊ aluis
equalr aristol.aur.ii.minuti turis aur.i. ¶ Modus
empl'i ad vulnera corpoꝝ senũ: ꝯburat̃ ordeũ: ⁊ fiat
ex eo ceratũ cũ oleo ro.aut oleo myrtino cũ cerusa
plumbi.

¶ De medicinis faciẽtibus nasci carnem in vulne
ribus ⁊ vlceribus Cap.xi.

IAm sciuisti ꝓprietatẽ medicinaꝝ facientiuꝫ
nasci carnẽ: ⁊ q̃uo oꝫ vt sint i ꝯpl'onib' suis.
¶ Et oꝫ vt admistrent̃ medicine facientes
nasci carnẽ quꝫ iaꝫ mundificatus ẽ locus a sordib'
⁊ silibus: ⁊ non fuerit basis vulneꝝ nisi os: tunc mũ
difica illud os ⁊ exicca in vltimo: Et non dimittas
in eo obfuscationẽ aut corruptionẽ: nꝫ corticẽ ⁊ hũi
ditatẽ que nõ exiccet̃ ⁊ ꝓprie in capite: nã lenitas os
sis ⁊ eius hũiditas est vna cãꝝ ꝓhibentiũ natiuitatẽ
carnis sup ipꝫ. Et qñ exiccat̃ ⁊ exasperat̃ ẽ illud sup
qꝺ̇ fit mã ex qua generat̃ caro in eo magis faciens
nasci. ¶ Et scias ꝙ est medicina faciens nasci carnẽ
in corpore aut mẽbro ⁊ non est faciens nasci in alio
⁊ illud ideo qm̃ fortasse exiccat in corpore ⁊ nõ exic
cat in corpore ꝓpter ꝯpl'onẽ duoꝝ corpoꝝ. ⁊ ſm ꝙ
sciuisti fortasse superfluit in corpore: ⁊ nõ supfluit in
corpore: neqꝫ est abstersio oio: qñ hec medicina indi
geat exiccatione quadã ⁊ extersione quadã mẽsura
tis ſꝫ corpus nõ absolutis: ⁊ res mẽsurata est diuer
sa cũ ipssione sua in rebus que nõ sunt cõuenientis
q̃ꝫtitatis in passione. ¶ Et oñe exiccatiuũ quidem
cuius siccitas est minor siccitate corporis qꝺ̇ cum eo
curat̃ est iteꝝ abbreuiatũ ab hoc vt faciat nasci car
neꝫ eius: imo oꝫ vt sit siccius eo. Et ꝓpter illud fit ꝙ
olibanũ non facit nasci carnẽ in corporibus donec
ꝑtranseant equaliter in siccitate. Et experimentum
quideꝫ est illud qꝺ̇ scit̃ ꝙ est ex exiccantibus ⁊ stan
tibus aut ex nascentia carnis ſm ꝓcessionẽ vel cõti
nuitatẽ aut ex sordidatione. ¶ Qꝺ̇ si videris exiccati
onẽ cũ qua fortasse nõ nascit̃ caro: tũc hũecta paꝝ
medicina sicca ⁊ dimitte illꝺ̇ qꝺ̇ vadit ſꝫ virtutẽ suã
Et qñꝫ iteꝝ ẽ quibusdã corporibus ꝓportionalitas
cũ quibusdã medicinis absqꝫ aspectu oꝑatiõis eaꝝ
ꝓp illud ergo oꝫ vt misceant̃ medicine plures debi
les ⁊ fortes. At vo qr̃ facta sunt empl'a ⁊ que sit eoꝝ
necessitas iã sciuisti. Et oꝫ vt non sis ꝯtẽtus medicia
sup exiccationẽ ⁊ humectationẽ: imo obserua ãbas
q̃litates agentes ſm ꝙ p̃misim' eaꝝ narrationeꝫ: nꝫ
iteꝝ sup exiccationẽ ⁊ humectationẽ: imo cũ ꝯsuetu
dine ꝯsideratõis int̃ dispositionẽ vlceris ⁊ dispõneꝫ
ꝯpl'onis corporis. ¶ Qñqꝫ ei corpus est humiduꝫ
⁊ vlcus siccũ: ⁊ qñꝫ est corpus siccuꝫ ⁊ vlcus hũidũ
⁊ qñꝫ sunt ambo hũida: ⁊ qñꝫ sunt ãbo sicca. ¶ Et
administrent̃ in p̃mis q̃ sunt debiliora sicut olibanuꝫ
⁊ farina fabaꝝ ⁊ farina ordei ⁊ silia. ¶ Qꝺ̇ si corp'
fuerit siccũ ⁊ vlcus humidũ valde: tunc nec̃ie sũt me
dicine vehementis exiccationis cũ ꝯparatõe ad me
dicinas facientes nasci carneꝫ: sicut aristologia ⁊ radix
oppoponaci ⁊ dragantũ adustuꝫ. Et in residuo sũt
nec̃ie medicine sicut ireos ⁊ farina lupinoruꝫ. Et qñqꝫ
accidit vt sint quedã medicine in quib' sint aliqd ꝓp
etatis qua egent medicine facientes nasci carneꝫ de
exiccatione ⁊ abstersione sed supfluit: fiunt ergo vbi
g̃ra ꝓp exiccationẽ suã vehementẽ retinentes sordi
tieꝫ ⁊ ꝓhibẽtes mãm ⁊ supfluit abstersio ⁊ corrosio
Sꝫ qñ ꝑmiscet̃ cũ ea aliquid de illis q̃ sũt illi ꝯ̃ria frã
git ex eo ⁊ tẽperat ipm: ⁊ fit faciens nasci sicut flos
eris. Qñ ei cũ ipso associant̃ oleum ⁊ cera ⁊ q̃ hũe
ctant mẽbꝝ ⁊ fixuꝫ faciunt: tunc ipsuꝫ ꝓp exiccatõꝫ
⁊ vehementiaꝫ abstersionis fit ꝯsolidatiuũ: qr̃ oꝫ vt
sit flos eris vna decẽ ꝑtiũ cerati qñ admistrat̃ in cor
poribus que sunt sicciora: ⁊ vna duodeci ꝑtiũ qñ ad
mistrat̃ in corporibus que sunt hũidiora. Et oꝫ vt
obseruet̃ in istis qñ experiunt̃ p̃dicta. ¶ Senes egẽt
medicinis in quibus est caliditas maior ⁊ attractio
fortior. Et cadunt in eis que sũt sicut pix ⁊ tus ⁊ fari
na ordei ⁊ farina fabaꝝ ⁊ farina herbi ⁊ radix lilii ⁊
aristologia ⁊ climia ⁊ herba oppoponaci. ¶ Et qñ
ꝓhibet̃ medicina a iuuamento declina ad aliã: quꝫ
ergo fit difficilis curet̃ cũ eo qꝺ̇ est ꝓpriũ vlceribus.

¶ De curatione vulnerũ alseiheregi idest que fiũt
in capite Cap.xii.

REgimẽ quidẽ ossis in eis ⁊ quid accidat ex
accidentibus eoꝝ timidis iã dictuꝫ est i ca.
ossiuꝫ ⁊ algebra. veꝝ incarnatiuiꝫ vlcerus
eoꝝ ⁊ que sunt extra ea sufficiunt quelibet medicine
exiccatiue leues puluerizate sup ea ex medicina. Et
medicina que est facta ex aloe ⁊ myrrha ⁊ olibano
⁊ sanguine draconis: ⁊ silr medicine leues p̃dicte in
vulneribus. ¶ Qꝺ̇ si fuerit illic cursus sanguis: tũc
curet̃ cum eo qꝺ̇ diximus in ca.fluxus sanguis. Et
oꝫ vt cibet̃ hñs eã cerebellis gallinaꝝ assatis q̃ꝫtuꝫ
pole est: ipa ei ſm ꝙ testificant̃ quidã ꝯfortãt cerebꝝ
⁊ retinẽt sanguis fluxuꝫ: lꝫ sit in eis sñia alia. Et silr
aqua granati muzi: ⁊ emplat̃ cũ virga pastoris. Et
de medicinis bonis ad vulnus ⁊ sanguinẽ est vt sũa
tur fermentũ puꝝ siccuꝫ: ⁊ terat̃ ⁊ puluerizet̃ desup
⁊ non hũectet̃. ¶ Qꝺ̇ aũt ꝓhibet egritudinẽ est em
plastratio cũ farina ordei ⁊ silia ꝯfectis cũ isopo hũi
da: ⁊ silr cum sauic ordei cũ calamẽto: ⁊ ꝯfert attriti
oni eius. Et reliquꝫ regimen sumat̃ ex capi.ossium.

¶ Tractatus scd̃us de excoriatione ⁊ attritione ⁊
contusione ⁊ torsione ⁊ casu ⁊ offensiõe ⁊ disruptõe
⁊ fluxus sanguinis ⁊ silibus illis.

¶ De sermonibus vlibus Cap.p̃mũ.

IAm sciuisti in li.p̃mo que sit in
tentio ꝯtusionis ⁊
attritionis. Contorsio aũt est vt sit mẽ
bruꝫ separatuꝫ a iunctura sua sepatiõe
nõ ꝯpleta: nꝫ apparente manifesta: q̃re
est dislocatio. Et eguamen quidẽ est infra torsioneꝫ
⁊ est q̃si aliquãtuluꝫ tensionis ꝯmouẽs ligamentum
in iunctura ⁊ qꝺ̇ ꝯtinet̃ de eo in carne. Et si cũ eo fu
erit aliquãtuluꝫ separatiõis erit torsio. ¶ Et de hõi
bus sũt qui noiant intẽtionẽ quã noiauim' torsiõeꝫ
noie cõi. Et de hoib' sunt qui noiant torsionẽ sepati
onẽ vnius duoꝝ lateruꝫ lacerti: sicut vnius duoruꝫ
lateꝝ lacerti vole manus ⁊ rascete cũ adherentia la
teris alterius q̃ꝫuis separatio sit apparens. Illud ãt
qꝺ̇ volumus premittere ⁊ loqui de eo in p̃mis est ꝯ
tusio que accidit lacertis in medio eorum ⁊ attritio
in extremitatibus ipsoꝝ.

¶ De contusione ⁊ attritione Ca ii.

Quando accidit lacerto vt contundat accit ex hoc inter ptes eius numerus solutionis ꝯtinuitatis. Et multotiens effundit ad ipm sanguis plimus ex quo apat. Et pauciores sūt eius dispōnes in qbus nō aggreget ad ipsum sanguis ⁊ putrefiat: qm̄ pl'in sperat eius resolo p poros. Et ꝓprie p poros q sūt ꝯstricti ꝯstrictione impellente ab illo qd̄ fecit ꝯtusionē exterius ⁊ a ꝯstrictione accite ex apate interius. Et pp illud si non succurrat rei in ea pducit ad corruptionē mēbri. ¶ Et fortasse excoriatio sequit casum ⁊ offensionem: qr oȝ vt ꝑparet ad curationeȝ eius vt non canceret. Et oȝ vt administratio fiat in attritōe cū reditione ꝯtinuitatis villoꝝ incisoꝝ: imo ad sedandum dolorem.

¶ De cura Ca. iii.

Non reperit in plibus haꝝ dispositionuȝ in hac accidentia excusatio a phlomia: imo opifices artis ꝓperant ad illud: q̄uis sit corpus mundū. Et qñ fit phlomia ⁊ festinat ad empl'a ꝓhibentia oppilantia nō accidit ex eis illud qd̄ est necūm ad curationem que multum cōuenit. Et est eoꝝ ꝓhibitio cū infrigidatione ⁊ stipticitate: aut cū vno eoꝝ. Quȝ autē tardat illud ⁊ ꝓperat sanguis ad dispositionē solutionis: ⁊ times nocumēta pdc̄a necūm est in curatiōe eius extrahere sanguieȝ illuȝ vt nō redeat apud ꝯtinuatiōeȝ ad disposioneȝ eius. ꝙ si fuit talr ꝙ sit pole vt resoluat pp raritatē poroꝝ cū ēbrocis aq̄ꝝ calaꝝ ⁊ siliuȝ eis fiat. Et fortasse administrat sup verberatos de illis q̄ diximꝰ. Et iteꝝ cū medicinis carminantibꝰ sanguineȝ mortuū ⁊ oleis resoluentibus laxitudinē ⁊ vt dent in potu deintus res adiuuantes ad resolutionē fiat illud: ⁊ sis ꝯtētus illo. Et ista mundificatiua adiuuantia ad illud sunt sicut bdelliuȝ iudaicum ⁊ costus ⁊ centaurea maior cuȝ sirupo acetoso: ⁊ vt adiuuet sirupus acetosus iteruȝ ad illud cū incisione. Medicīe vo carminātes sanguineȝ mortuuȝ sūt sicut farina ordei ⁊ ysopꝰ hūida ⁊ silia cōfecta cuȝ aqua. Et forte est sicut calamētuȝ montanū ⁊ sauic ⁊ ꝓprie qñ cadit in capite. ⁊ ad vltimū illud cui est mollificatio cū caliditate subtili resoluente resolutiōe subtili: ⁊ ex eis que exiccant exiccatōe subtili: nā ea que sūt vehementis resolutiōis ⁊ exiccatiōis qū administrant in ipressiōe eiꝰ resoluūt subtile ⁊ ispissant spissuȝ cuȝ exiccatiōe sua ⁊ opilāt poros iteꝝ cum exiccatiōe sua. Et hec fortasse mēsura excusat solicitudīeȝ i eo cuius ꝯtinuitas soluitur prope cutem ⁊ i eo qd̄ apparet nō ꝓfūda. ¶ Nō si ñ fuerit ita ⁊ fuerit solutiōes multe ⁊ ꝓfūde ⁊ lōgi que ab eo qd̄ apparet ñ erit excusatio a scalpellatōe ⁊ resoluat qd̄ resoluit i apatibus ⁊ vlceribus malis. Et eius qdeȝ dispō nō est dispositio verberati: in verberato ei trahit materia ad cutē: ⁊ cutis est in via vlcerationis. Et in hoc si soluitur cōtinuitas ꝓfūde submerse: tunc illud non sperat: q̄pp necessarium est admistrare attrahentia cuȝ fortitudine ⁊ ventosas ⁊ scalpellationem: ⁊ fortasse erit res maxima: ⁊ fiet ad apationem magnam exterius ⁊ aggregabit. Et tunc oportebit vt festinet ad aperienduȝ ⁊ resoluenduȝ illud qd̄ aggregat in eo sanieȝ vt sedet dolor cū eo quod facit pus: ⁊ resoluat materia cum aptione illud ei est s̄m dispositionē aperientē: ⁊ vt aperiat velocius cuȝ adiutorio curatiōis ē saluius. Et fortasse resoluunt eam medicine aperientes absq̄ saniositate proprie quando adiuuant eas caliditas innata ⁊ pori. Amplius obserua medicinas pdictas in capi. casus ⁊ offensionis. ¶ Ligatura aūt que admistrat sup ꝯtusioneȝ iaȝ dictuȝ est in modo suo: ꝙ qñ accit attritio aut ꝯtusio: tunc liga ipam: ⁊ sit instr̄m tuum sup locuȝ ipsum strictū valde: ⁊ vadat cū ligat'a ad superiora processione plima. s. ad ptes epis ⁊ ad iferiora paꝝ ⁊ nō addas astellas nȝ puluillos. lini gꝰ desup astellas plimas: qm̄ ē necūm resoluere illum sanguineȝ mortuum: ⁊ est necessariuȝ multū intēdē vt vadat ligatura ad superiora ne effundat ad ipam aliquid: ⁊ eius ꝓcessio desuper sit mollior. Et sit pānus durus subtilis vt sufferat stricturā ⁊ festinet cōtinuitas embrocaꝝ cū ea: ⁊ ꝑparet membꝝ ad supiora: sicut fit in fluxu sanguis. Et hec cura. s. ligatura oȝ vt sit añq̄ȝ apet membrū: qm̄ mēbꝝ qñ apatur ñ suffert nisi ligaturaȝ equalē neduȝ a vehemētia ꝯpssionis: ⁊ ꝓpt illud medicet tūc cuȝ emplis ⁊ ꝯtinuitate effusiōis aque calide desup. ¶ Glādularuȝ aūt curatio que sequnt ꝯtusioneȝ est cuȝ plumbo desup posito ne addātur ⁊ magnificētur ⁊ fortasse euacuātur ⁊ fit in eis cōtusio.

¶ De casu ⁊ offensiōe ad lapidem aut parieteȝ aut aliud Capi. iiii.

Casus ⁊ offēsio ledūt ⁊ ipediūt cū cōtusiōe ⁊ attritiōe. ¶ Et est i eis timor pp solutioneȝ cōtinuitatis accidētē i visceribus. s. in pānicul'is suis ⁊ neruis eorum ⁊ venis magnis que sūt i eis. Et est i eis timor iteꝝ ꝓpt vehemētiaȝ doloris ⁊ q̄ȝto plus corpus est maius ē timor vehemētior. Et ꝓpt illud fit ꝙ nō accit ifantibus i casibus eoruȝ d̄ lesione qd̄ accit puberibus. Et glandule iterū multiplicantur i casibus ⁊ offensionibus ⁊ verberationibus. Et est necessarium vt succurrat cum eo qd̄ narrauimus loco suo. Et accidūt qñq̄ȝ ex casu ⁊ offensiōe nocumēta magna ex icisione lateris i corde aut stō ⁊ moritur stati. ⁊ accidit qñq̄ȝ vt retineantur vrina ⁊ egestio ⁊ egrediūtur iuolūtarie. Et qñȝ accidūt vomitus sanguis ⁊ fluxus sanguis nariuȝ vehemens propter incisionem vene in capite aut epe aut splene ⁊ apertio vētris ⁊ strictura anhelitus ⁊ abscissio vocis ⁊ locutōis. Et iste cui aduenit offensio aut casus aut aliud ⁊ abscindit sermo eius ⁊ inclinat caput eius ⁊ arescit anhelitus eius ⁊ sudat frōs ipsius moritur stati. ¶ Et qñ accit ei aut pūctio aut verberatio ꝑcussione clamosa vomitus sanguis in hora ⁊ lenitas nature morit. Et facilius est ei vt euomat ipȝ permixtū cū cibo ꝓpe. Et si illud qd̄ apparet iā apatuȝ fuerit: deinde occultat apa ⁊ quiescit apa: deinde euomit post ipm saniem morit stati. Et ille qui cadit sup planitiem: deinde currit ex eo sanguis plimꝰ tūc necūȝ est vt apetur ⁊ moriat. Et ille qui cadit super caput suum multotiens nō loquit. Et quȝ remanet vsq̄ȝ ad tertiuȝ ⁊ nō minuit nȝ addit: tūc laudatur i tertio ⁊ expectat vsq̄ȝ ad septimū ⁊ nō mouet ante illud cum aliquo. Et qum locus casus illius qui cadit nō rubet: tunc locus est neruosus.

¶ De cura Ca. v.

